signis Ecclesiæ lib.20.signo 87.c.6. Valdes *de dignitate Regum Hispaniæ cap.21.* De jurepatronatus Regum Franciæ agunt Carol.de Grassal.*lib.2.Regalium Franciæ,jure* 3.Guillelm.Benedict *in c.Rainutius,verb.uxorem nomine Adelasiam,decis.2.à n.*78.Rebuff.*in tract.*
89 *nominat. q.1. n.28.* † Adverte tamen quod quamvis Rex noster Hispaniarum sit patronus Cathedralium, & præsentet ad dignitates Episcopales,non tamen est patronus aliorum beneficiorum in eisdem Ecclesiis Cathedralibus consistentium, nec ad illa jus præsentandi habet, Gonzal. *gloss.10. n.13.*

90 *Secunda* pars hujus Regulæ,quæ agit de reservatione beneficiorum vacantium de tempore vacationum Episcopatuum,procedit si ad Episcopum spectaret electio, nominatio, seu præsentatio personæ; quamvis collatio, seu institutio ad alium pertineat, seu sit communis Episcopi,& aliorum,quia attendenda est prima dispositio beneficii: sicut è converso quando præsentatio, vel electio ad alium pertinet, quamvis collatio, seu institutio ad Episcopum spectet, non intrat hæc reservatio. Ita Nicol.Garc. *d.c.1.n.230. & 231.* nam beneficia, quorum collatio non potest fieri ab Episcopo absque alterius electione, præsentatione, seu interventu, non comprehenduntur sub hac reservatione, Gonzal.*gloss.45. n.10.* Non procedit tamen ubi simultanea ex concordia est divisa per turnos,ita ut una vice provideat Episcopus,& altera Capitulum, non solùm quando beneficium vacat in turno Capituli,in quo non est difficultas, sed etiam quando beneficium vacat in turno Episcopi, quia etiam tunc mortuo Episcopo, seu aliàs vacante Sede, potest Capitulum jure proprio conferre Canonicatus,& alia beneficia simultanea, in quocunque turno vacet, ut resolvunt Nicol. Garcia *d.c.1.à n.237.* Gonzal.*ad regul.8. Cancell.gloss.45.§.3.n.39.cum seqq.* Deinde hæc reservatio non procedit ubi collatio beneficiorum spectantium aliàs ad collationem Episcopi, Sede Episcopali vacante,ad aliquem spectet,nec reservatur futuro successori, quia Regula non intendit tertio præjudicare, ut decisum in Rota refert Nicol.Garc.*dict.c.2 n.244.* Castr. Palao *d.disp 2. punct.18.n.4. & 5.*

91 *Tertia* pars hujus Regulæ,quæ est reservatoria monasteriorum,id est, Abbatiarum virorum, non tamen Monialium,quæ habent jurisdictionem quasi Episcopalem,ex Mandos.*in reg.26.quæst.3.n.9.vers.advertant tamen juniores*,comprehendit monasteria electiva,propter verba generalia, quia fit mentio de Dignitatibus electivis,& quia Prioratus regulariter sunt electivi.Ita fuisse in Rota decisum refert Nicol.Garcia *d.c.1.n.118.* ubi *num.119.* resolvit,quod etiam comprehendit alias Dignitates inferiores electivas,& beneficia electiva,& *n.122.cum seq.*idem dicit etiam non facta mentione de electione.De Iure communi monasteria sunt electiva, & confirmatio spectat ad Superiorem,*c.2.§.priore*,ubi Abb.*n.10.de statu Reg.*Rot.*decis.584 p.3 lib.3.divers.* Probatur tamen monasterium esse consistoriale, cùm sit taxatum in libris Cameræ,Rot.*dec.540.n.4.p.3.divers.* & latè *in Palentin. Abbatiæ de Benevivere,14. Decemb.*1618.coram *R.D.Coccino.*

92 *Quarta* pars hujus Regulæ in illis verbis, *dimissionem,seu amissionem,vel privationem*,comprehendit beneficia vacantia post renunciationem Episcopatûs à Papa admissam, vel post translationem ad aliũ Episcopatum, etiã antequam Episcopus habeat,aut habere possit notitiam de eis, non obstante quod ante habitam notitiam admissionis,resignationis,aut translationis,possit Episcopatum administrare, & possessioni ejus insistere,ut resolvit Nicol. Garcia *d.c.1.à n.245.* qui *in addit.* asserit à Summo Pontifice fuisse decisum, Episcopum Terulen. translatum ad Ecclesiam Cæsaraugustanam, non posse amplius post translationem se immiscere dispositioni beneficiorum Terulen. quia à die translationis debentur fructus Ecclesiæ secundæ, ad quam fit translatio, & inter fructus Episcopatûs est etiam collatio beneficiorum, me citato Alzed.*d.c.3.n.88.*Castr.Palao *d.disp.2.punct.18. num.92.*

Hanc regulam non habere locum in Cardinalibus 93
tenuit Rot.*in una Toletana Paroch.de Alcaudete,tertio Iulii* 1595. coram Illustriss. *Seraphino*, quæ est in impress.*decis.*1148.& refert Nicol.Garc.*d.c.1.n.252.* de cujus resolutione dubitat *n.253.*

REGVLA IV.

Reservatio Dignitatum, necnon suorum, & S. R. E. Cardinalium familiarium beneficiorum.

ITem reservavit generaliter dispositioni sua omnes 94
Dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Parochialibus, necnon valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes,principales in Collegiatis Ecclesiis.Reservavit etiam Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias Dignitates Conventuales, & Præceptorias generales Ordinum quorumcunque (sed non Militarium.) Ac quæcunque beneficia,quæ sui,etiam dum Cardinalatus fungebatur honore,existentes,ac Sãctæ Romanæ Ecclesiæ viventium nunc,& qui erunt suo tempore Cardinalium familiares continui commensales obtinent,& in posterum obtinebunt,eorum familiaritate durante,ac in quibus, seu ad quæ jus eis competit, aut competierit, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem,vel aliàs recesserint. Declarans Dignitates, quæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales non majores existunt, quæ ex Apost. Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel aliàs quovis modo in collegiatis Ecclesiis principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reservatione prædicta comprehendi debere.

Ad cognoscendas Dignitates majores post Pontifi- 95
calem in Cathedralibus Ecclesiis, & principales in Collegiatis,attendenda est consuetudo provinciarum, & Ecclesiarum,glos.*verb.elect. propè finem, in c.deliberatione, de officio Legati lib.6.* Azor. *instit. moral. p.2.lib.6.c.34.q.10. vers.per tertiam reg.*ibi,*item dignitates principales*, Flam.*de resignat.lib.2.q.1.num.82. & 83.*me citato *in hoc loco*,Castr.Palao *in opere mor. tom.2.tract.13.disp.2. punct.19.n.2.* † In nostra Lusi- 96
tania, & in ferè tota Hispania Decanus in Ecclesia Cathedrali post Episcopum majorem Dignitatem habet, & in Ecclesiis Collegiatis principalis dignitas dicitur Prior,qui præest toti Canonicorum collegio: in quibusdam verò Hispaniæ partibus vocatur Abbas, alibi Præpositus. † Et denique principalis ea dicitur 97
Dignitas,quæ in Ecclesia Collegiata omnium maxima est, ut tenet Azor.*instit.moral.p.2. lib.6.c.3.q.8.in fine.* Circunstantiæ autem,quæ magis conspicuam reddunt ipsam Dignitatem in concursu alterius,colliguntur ex qualitate extrinseca ornamentorum personæ, ex qua provenit majoritas Dignitatis,*c.ut Apostolica,de privil.in 6.* Andr.Barbat.*de præst.Card.p.1.q.1.sub n.47.* Item ex loco in quo sedet,sedes enim nobilior assignatur ei,qui majorem obtinet Dignitatem,gloss.& Doct. *in l.decernimus,C.de sacros.Eccles.* Gamb.*de offic.Legat.lib.3.num.*107.Rot.*dec.*518.*sub n.3.circa fin.p.2. divers.* Et ex præstantia muneris, quod ibidem obit, 103
Chassan.*in catal.glor.mundi, p.4.cons.*42.de his omnibus Lotter. *d.lib.2.q.33. ex n.45.*ubi *à num* 46.disputat an dignitas, sive officium Cimeliarchatûs in Ecclesia Neapolitana ad hunc effectum dicatur prima Dignitas.

Regula hæc intelligenda est de Dignitatibus prin- 98
cipalibus actu, nec sufficit ut intret hæc reservatio,

quod

quod Dignitas sit erecta in majorem post Pontificalē in posterum post mortem obtinentis nunc primam, ut fuit tentum *in una Vallisoletana Decanatus* 11. *Decembr.* 1600. coram *Illustris. Domino meo Cardinale Millino*, referunt Nicol. Garcia *dict. cap.* 1. *n.* 157. Gonzal. *gloss* 51. *n.* 58. me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d. punct.* 19. *n.* 2. *vers. debet tamen dignitas*, asserentes è converso regulam comprehendere illam Dignitatem quæ tunc est actu prima, licèt esset jam ordinatum, quod cùm primùm vacare contigerit, desineret esse talis; & idem Garc. *dict. c.* 1. *n.* 260. tenet ex verbis hujus regulæ clarè apparere, quod Dignitates Ecclesiarum Cathedralium, quæ ibi post Pontificalem non majores existunt, habent tamen sub se Canonicos in Collegiatis, seu principalem præeminentiam,
99 sunt reservatæ. † Verùm quando erectio in primam Dignitatem esset conditionaliter facta pendente conditione, & nondum purificata, non cadet sub reservatione, ut fuit in Rota decisum *in una Mediol. Præposituræ*, 16. *Martii* 1590. coram *D. Bubalo*, refert Aloys. Ricc. *in coll. part.* 5. *collect.* 1670. ubi ampliat, etiamsi in erectione esset adjecta clausula, *ex nunc prout ex tunc*, quoniam licèt sit talis virtutis, ut retrotrahatur à die datæ, Crescent. *decis.* 260. & plures à me ipso citati *in Remiss. de diction. & clausulis, claus.* 26. *n.* 7. non tamen hoc procedit ad effectū reddendi nullam collationem præcedentem, & in præjudicium juris alteri medio tempore quæsiti, Cardin. Put. *dec.* 190. *l.* 2. Marta *de claus. p.* 1. *claus.* 55. *n.* 3. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tom.* 1. *tit.* 20. *n.* 383.

100 Per hanc regulam una tantùm Dignitas major in qualibet Cathedrali, & una tantùm principalis in qualibet Collegiata reservata est, non obstante quod regula loquatur in plurali, quia pluralitas illa resolvitur in singularitates, & respicit pluralitatem Ecclesiarum. Ita Mandos. *hic, q.* 3. Menoch. *consil.* 190. *n.* 4. *cum sequentib.* Nicol. Garc. *d. c.* 1. *num.* 262. & dixi *alleg.* 45. *n.* 16. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. d. puncto* 19. *num.* 3.

101 Verùm si in aliqua Cathedrali essent duæ Dignitates majores post Pontificalem, & in Collegiata duæ principales æquales, ambæ erunt reservatæ, Guidobon *dec.* 34 quem refert, & sequitur Aloys. Ricc. *d. collect.* 167. *ampl.* 1. adde Mandos. *q.* 4. Azor. *ubi proximè, vers. quæras deinde*, Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *n.* 265. *cum seqq.* me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. punct.* 19. *n.* 3. *in fine.*

102 Procedit Regula hæc in Cathedralibus, in quibus adest una tantùm Dignitas, ut resolvunt Mandos. *hic quæst.* 5. Simoneta *quæst.* 85. me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. punct.* 19. *n.* 4. *vers. & contrarium*, & fuisse in Rota resolutum *in una Turriana Archipresbyteratus*, 7. *Maii* 1574. Coram *D. Montis Fasculon.* referunt Aloys. Ricc. *d. collect.* 1670. *ampliat.* 2. Nicol. Garc. *d. cap. à n.* 267. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 9. §. 4 *sub n.* 18. *vers. quinimò in terminis*, Lotter. *d. lib.* 2. *quæst.* 33. *n.* 30. Et habet etiam locum in secunda, si Dignitas esset unita Capitulo, ut tenuit Rota *in una Verdun. Decanatus*, 9. *Martii* 1580. coram *Illustris. simo Card. Lancell. sen.* referunt Aloys. Ricc. *d. collect.* 1670. *ampl.* 3. & Nicol. Garc. *d. c.* 1. *à num.* 269. Ubi igitur contigerit primam dignitatem esse de jurepatronatus laïcorum, reservatio hujus reg. comprehendit aliam subsequentem, ex Lotter. *d. lib.* 2. *qu.* 33. *n.* 43. Castr. Palao *d. punct.* 19. *num.* 5.

103 Circa secundam partem hujus Regulæ, in qua reservantur Prioratus, Præposituræ, Præpositatus, ac aliæ Dignitates Conventuales, ac Præceptoriæ generales Ordinum quorumcumq; sed non Militiarum, sciendum est cum glos. *verb. militiarum, in Clem. quia contingit, de relig domib.* esse quosdam Ordines, qui militiæ non sunt, sed hospitalitati ex Regula, & instituto operam dant, cujusmodi sunt Ordo sancti Spiritus in Saxia, in Urbe Ordo Cruciferorum l, Ordo Sancti Antonii Viennensis in Gallia: Militares sunt Ordo Militum Sancti Ioannis Hierosolymitani, Sanctæ Mariæ Teuthonicorū Christi Domini, Sancti Iacobi, & Sancti Benedicti Avisii in Lusitania, Sancti Jacobi, Calatravæ & Alcantaræ in Hispania, Sancti Stephani à Magno Florentiæ Duce institutus: hi Ordines Militares excipiuntur, illi verò comprehenduntur, cum generalis Præceptor, seu Præpositus Ordinis per electionem à Religiosis simul congregatis non creetur. Et ut testatur Iacob. Boss. *in histor. Ordin. S. Ioannis p.* 2. *lib.* 14. ante hanc reservationem Innoc. VIII. privilegium Ordini Sancti Ioannis Hierosolymitani concesserat, in quo dicit se nunquam daturum Prioratus, Commendas, & beneficia Ordinis, quamvis in Curia Romana vacent, relinquit liberam facultatem Magno Magistro Ordinis, qua ea conferat; declarat eosdem Prioratus, Commendas, & beneficia in reservationibus Pontificis non comprehendi. Idem privilegium confirmavit Pius IV. *in Const.* quæ incip. *Circumspecta Romani Pont.*

Reservantur igitur per hanc Regulam in secunda 104
parte Dignitates principales Regularium Cōventualium, seu Monasteria Fratrum, quæ non reguntur per Abbates; non tamen Prioratus, Præposituræ, & aliæ Dignitates temporales, ut Ordinum Mendicantium, Mandol. *hic quæst.* 20. *& seqq.* Nicol. Garc. *dict. cap.* 1. *n.* 271. *&* 272. Gonzal. *dict glos.* 8. *n.* 50. † Reservan- 105
tur etiam omnes Prioratus, & Dignitates Conventuales, non claustrales, quia Conventuales sunt beneficia perpetua, & electiva: cætera verò beneficia non sunt electiva, neque dantur in perpetuum, sed ad nutum Abbatis, Azor. *inst. moral. p.* 1. *l.* 12. *c.* 22. *qu.* 8. Et *in una Astoric. Prioratus*, 18. *Decemb.* 1598. coram *Illustr. Card. Seraph.* ut in ejus *dec.* 1305. fuit resolutū quo ista Regula reservans Prioratus Conventuales, procedit in Prioratibus solitis dari in commendam.

Circa tertiam partem, in qua reservantur beneficia familiarium Papæ, ac Cardinalium commensaliū, 106
notandum est, quod sunt verè familiares, & continui Commensales Papæ, ad effectum reservationis hujus Regulæ, & alios effectus, Cubicularii, & Scutiferi, ex *Const.* 14. *Leon. Decimi* Milites Sancti Petri, ex *Const.* 36 *Leonis Decimi.* Milites Sancti Pauli, ex *Const.* 23. *Pauli tertii.* Milites Pii ex *Const.* 5. & 16. *Pii Quarti.* Milites Lauretani, *ex Const.* 35. *Sixti Quinti*, Conclavistæ ex *Const.* 32. *Sixti Quinti*, incip. *Circumspecta, anno primo.* Commissarius Cameræ *per Const.* 44. *Six. Quinti*, incip. *Ad excelsum, anno secundo*, Thesaurarius Datariæ, per *Constit.* 44. *Sixti Quinti*, incip. *At ingens, anno secundo.* Auditor Cameræ Confidentiarum, per *Const. Sixti Quinti*, incip. *Divina Dei providentia, anno secundo.* Et denique Paulus Tertius *Const. sua*, incip. *Sanctissimus*, declaravit reputari veros Papæ familiares, & continuos commensales Referendarios, & alios Officiales ex Palatio panem habentes, Protonotarios, Subdiaconos, Auditores, Rotæ, Acolytos, Secretarios, litterarum Apostolicarum Scriptores, Cubicularios, reliquosque Officiales deservientes, & custodiam facientes in Palatio Romani Pontif. pro tempore existentis, licet in eodem non habitaverint, nec in tinello comederint: quamvis enim isti reverà non sint commensales Papæ, nec ulla partem victûs illorum aliqui ab eo recipiant, tamen ex quo ipse Papa vult, quod habeantur pro veris familiaribus, & continuis commensalibus, perinde est, ac si realiter essent tales, & consequenter eorum beneficia sunt reservata per hanc regulam, Mandos. *hic q.* 18. Simoneta *de reservat. q.* 35. *n.* 25. *&* 27. Gonzal. *d. gloss.* 51. *à n.* 16. Farin. *decis.* 691. *n.* 3. *in noviss.* me citato *in hoc loco*, Castro Palao *dict. punct.* 19 *n.* 7. Beneficia Protonotariorum, qui ratione officiorū tales efficiuntur, sunt reservata, etiam illa quæ dimissis ipsis

officiis

officiis postea assequuti fuerunt, Rot. *in una Comment. Capella*, 7. *Februar.* 1620. coram *R.P.D. Remboldo*, de quo infrà *alleg.* 74. *n.* 39. *cum seqq.*

107 Procedit in familiaribus familiarium habentibus partem, seu expensas ab ipso Papa, quia serviendo familiaribus Papæ, dicuntur illi servire, facit *l. quæsitum*, §. *sed an instrumenti, ff. de fundo instructo*, & ita Rotam censuisse referunt Mandos. *hic quæst.* 17. Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *n.* 327. Filliuc. *tract.* 1. *cap.* 3 *n.* 41. latè Lotter. *d lib.* 2. *quæst.* 23. *à num.* 62. *usque ad* 68. Non procedit tamen in beneficiis Cubiculariorum, seu Camerariorum honoris, qui recipiunt de Palatio partem panis, ut fuit per Rotam resolutum *in una Seguntina Archidiaconatus*, & *Canonicat.* 19. *Martii* 1601. coram *Illust. Lancellotto*, quam referunt Gonzal. *d. gloss.* 51. *num.* 93. Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *n.* 331. quod tamen hodie locum non habet, cùm de hoc sit specialis reservatio, infrà *reg.* 7. Item *in una Beneventana benef.* 15. *Novembr.* 1597. coram *Illustr. Seraphino*, quæ est in suis impressis *decis.* 1251. fuit resolutum Conclavistas esse verè familiares Papæ, & illorum beneficia spectare ad liberam collationem Papæ sine consensu Cardinalis, cujus sunt familiares, ex *Constit.* 32. *Sixti Quinti*, *de privilegiis Conclavistarum*, Flam. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 16. *n.* 37. Gonzal. *d. gloss.* 51. *n.* 25. Sed loquitur de Conclavistis conclavis, in quo ipse Sixtus ad Summi Pontificatus apicem assumptus fuit, unde in aliis non habebit locum, nisi adsit alia similis Constitutio.

Huic regulæ consequutiva est altera quæ *in ordine est* 32. per quam decernitur, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicujus Cardinalis, teneatur exprimere nomen & titulum ipsius Cardinalis, & si ille in Curia fuerit, ejus ad id accedat assensus, aliàs gratia desuper facta fit nulla: idemque servari si Cardinales quomodolibet ab ipsa Curia absentes, & ubilibet, etiam in locis infra duas diætas vicinis degentes, familiamque & lares in eadem Curia retinentes ab ipsa Curia recesserint, ad eandem illicò reversuri, & infra decem, vel ad summum quindecim dies verè & realiter reversuri fuerint, ita quod Cardinalibus, aliàs quàm ut præfertur, ex quacunque causa quantumlibet necessaria, ac qualibet alia necessariò exprimenda absentibus facultas præstandi consensum hujusmodi non competat, sed beneficia hujusmodi ad liberam Sanctitatis suæ, Sedisque Apost. provisionem & dispositionem pertineant. Declarans regulas, & Constitutiones suorum Prædecessorum etiam à die earum editionis, & publicationis super assensu hujusmodi præstando, sic intellectas & intelligendas fuisse. Irritumque, &c. Quodque si prædicti familiares eorumdem Cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transierint, quoad beneficia, quæ familiaritate propria durante obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ, priori ipsa familiaritate durante, jus ei competierit, Cardinales quorum priùs familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum. Declarans eandem regulam locum non habere in illis beneficiis, quæ familiares ipsi tempore obitus eorum in dicta Curia, vel extra eam obtinerent, aut ante obtinuissent, & ratione officiorum per eos obtentorum dictæ dispositioni generaliter reservata, vel affecta fuisse apparent. Necnon illos, quoad effectum ejusdem Regulæ, familiares eorum Cardinalium censeri, qui ipsorum Cardinalium familiares continui commensales ad minus per quatuor menses, etiam ante Cardinalatum fuisse probarentur. Decernens irritum, &c.

Addita deinde est altera *regula in ordine* 33. qua idem Papa ad evitandas lites & contentiones, quæ ex præcedenti *regula* 32. exoriri possent, vestigiis Prædecessorum suorum inhærendo, statuit quod si beneficia, quæ per obitum familiarium, continuorum commensalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt (cessantibus Apost. reservationibus) ad alterius Cardinalis collationem, vel aliàs dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti regula non comprehendantur, quoad hoc ut in provisionibus talium beneficiorum super expeditione litterarum illius Cardinalis, cujus familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat, sed beneficia hujusmodi ad collationem, seu quamvis dispositionem Cardinalis Ordinarii collatoris, ut præfertur, liberè spectare censeantur. Et si apud Sedem Apostol. beneficia hujusmodi per obitum dictorum familiarium vacaverint, tunc in provisione talium beneficiorum super expeditione litterarum illius Cardinalis exigatur consensus (si in Romana Curia præsens fuerit) ad quem eorundem collatio, & dispositio, ut præfertur, pertinere deberet.

Denique sanctæ mem. Paulus V. per quandam suam perpetuam Constit. publicatam 22. *Octobris* 1609. quæ est in *novo Bull.* 58. quæ incip. Sanctissimus in Christo Pater, super moderatione indultorum Cardinalium in articulo collationis beneficiorum, inhærendo simili declarationi factæ per Gregorium XIV. quæ est in eodem Bullario inter Constitutiones ejus Pontificis 19. (reservata facultate eisdem Cardinalibus præstandi consensum ad formam dictæ regulæ) decrevit quod eadem beneficia per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem Cardinalium deinceps, tam apud Sedem, quàm extra Romanam Curiam vacantia, etiamsi ad alicujus alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, etiamsi tunc cessarent aliæ reservationes eatenus editæ, nihilominus in posterum dispositioni Sanctitatis suæ reservata censeantur: itaut in provisionibus talium beneficiorum super expeditionibus litterarum illius Cardinalis, cujus tunc familiaris defunctus extitit (si ipse Cardinalis tunc præsens in eadem Curia fuerit) consensus omnino requiri debeat, non autem beneficia hujusmodi, etiam eodem ab ipsa Curia absente, seu prædefuncto, vel aliàs conferre impedito, ad collationem, seu quamvis aliam dispositionem Cardinalis Ordinarii collatoris ullo modo pertineant, neque ejusdem Cardinalis Ordinariis collatoris etiam in dicta Curia tunc præsentis consensus quoquo modo requiratur. Easdemque Constitutiones, & regulas Cancellariæ, etiam declaratorias super beneficiis familiarium prædictorum Cardinalium editas, & edendas, tam quoad Cardinales indulta conferendi habentes, quàm non habentes, atque adeo indulta ipsa ad terminos ejus Constitutionis reduxit, & moderatus fuit. Et insuper statuit quod in quibuscumque facultatibus, & indultis, quæ deinceps singulis Cardinalibus præsentibus, & futuris super beneficiorum dispositione, aut de consensu ipsorum Cardinalium in provisionibus eorundem beneficiorum requirendo per Sanctitatem suam, & quoscumque alios Romanos Pont. successores suos, dictamque Sedem pro tempore concederentur, eadem Constitutio ad unguem omnino observari debeat, omnesque litteræ desuper, &c. absque limitationibus, & moderationibus prædictis, &c. etiam Motu proprio, &c. nullius sint roboris & momenti, &c. Sed solet in dubium revocari quid dicendum in eo casu, quo idem Cardinalis est patronus, & ordinarius collator? In quo Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 32. *n.* 100. *cum seqq.* ait in quadam causa Cremon. posita *die* 16. *Novembr.* 1626. suffragia DD. Rot. ita fuisse secta, ut non potuerit capi resolutio, & quamvis *ibid.* dicat se scripsisse pro Papa, nihilominus scribentes pro Cardinali solido eo nitebantur fundamento, quod licèt beneficia spectantia ad collationem Cardinalis comprehendantur sub *reg.* 4. & sub constitutionibus moderatoriis Indultorum, nihilominus neque in regula, neque in eisdem constitutionibus

tionibus aliquid disponatur in hoc casu, quando videlicet beneficium vacat ex persona familiaris ejudem Cardinalis Ordinarii collatoris, unde non videtur casu, hic comprehensus sub eisdem aut regula, aut constitutionibus, & ideo non comprehensus, cùm reservationes sint odiosæ, & cum simus in casu mixto, non videtur comprehensus sub simplici, maximè in hac materia odiosa, eo maximè quia pro hac parte stat favor ordinariæ collationis, & prærogativa Cardinalitiæ dignitatis: sed repropositа dicta causa Cremonensi, fuit contrarium resolutum.

108 Quoad hujusmodi Cardinalium familiares advertendum est illos dici, qui eis subsunt ratione potestatis, & cum eis cohabitant, Flamin. *de resignat. lib. 5. q. 6. n. 19.* Rota *decis. 403. n. 11. p. 2. recentissim. in posthum.* latè Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 32 à n. 4.* Castr. Palao *d.*
109 *punct. 19. n. 9.* & dicit. Surd. *decis. 35. n. 3.* †quod cohabitare non dicitur, qui stat in eadem domo, nisi ad eandem mensam, & convictum moretur, & *n. 16.* quod habitatio non attenditur, sed sufficit ut quis ab aliquo victum recipiat, ut cum eo stare dicatur. Et tenent Gomez *in reg. de impetrandis beneficiis vac. q. 13.* Boër. *decis. 213. n. 13. & 15.* familiares dici, qui in actu deserviunt, & continuam in domo commensalitatem habent, in eaque habitant, & non in diversis. Et asserit Fr. Emman *quæst. Regular. tom. 2 q. 67. art. 1.* familiares domesticos intelligi omnes qui expensis alicujus commensales continuè existunt, etiamsi aliquando abesse pro ejus negotiis gerendis contingat. Quoad hoc propositum familiares dicuntur deputati ad honestum servitium domini, qui dicuntur servitores, seu famuli, ita post Flamin. & Azor. tenet Nicol. Garc. *d. c. n. 315.* & sic debent probare se servitia Cardinali præstitisse, & ab eo recepisse victum, & habitationem, Sarnen. *in regul. de imperan. per obitum famil. q. 12. n. 9. in fine, & n. 10.* Simon. *de reservat. q. 35. n. 3.* Rot. *d. decis. 403. n. 9.* ubi *n. 7* subdit attestationem Cardinalium non probare familiaritatem ad effectum reservationis in præjudicium provisi ab Ordinario, & sic tertii. Et probari debet familiaritas hæc, ac continua in domo commensalitas, Flamin. *lib. 10. q. 3. num. 11.* saltem per quatuor menses, ut disponitur *in dict. reg. 32. Cancell.* Stephan. Grat. *discept. forens. c. 230. n. 32.* Tria videtur principalia media justificandi familiaritatem hujusmodi. *Prius* est cum præfertur liber domesticus ipsius Cardinalis, quem vulgò nuncupant Rotulum, in quo apparet descriptio omnium familiarium talis Cardinalis; circa quem librum est advertendum, quod si agatur de probanda affirmativa, quod scilicet talis fuit familiaris, Rot. censuit hujusmodi librum, sive Rotulum non sufficere, Simon. *de reserv. q. 36. n. 15.* Put. *decis. 401. n. 1. lib. 1. in correct.* Rot. *decis. 584. n. 9. part. 1. recentio.* Greg XV. *decis. 166. n. 1.* Si verò agatur de probanda negativa quod talis non fuit familiaris, nihil est quin talis liber sufficiat, Paris. *cons. 136. n. 12. lib. 4.* Rot. apud March. *de commission. tom. 3. pag. 468.* nisi fortè ex testibus liquidò constaret de stylo Cardinalis in non habendo pro familiaribus alios quàm descriptos in tali libro; tunc enim prorsus hæc probatio negativa excluderet quodcumque argumentum contrarium, quasi quod scriptura esset necessaria ad indicandam mentem Cardinalis, sine qua non posset formari familiaritas, Rot. *d. decis. 584. n. 9. p. 1. recent. Secundum* medium probandi familiaritatem, quandò profertur aliqua dispositio ipsius Cardinalis jam defuncti implicans tractatum proprium positivum, tãquam de tali familiari, carentem omni suspicione aut fingendi, aut simulandi, veluti cum exhibetur testamentum ipsius Cardinalis, in quo talem honoravit titulo Legati. Ita Rot. *in nullius, sive Spoletana benefic. 20. Martii 1623.* coram *R. P. D. Navar. Tertium* medium probandi familiaritatem est per testes ad eam concludentes ex circumstantiis suprà expressis; si enim concordent in dicto, ista probatio sufficit, Gregor. XV. *decis. 166. n. 2.* ubi Beltramin. *in vers. hinc est quod Rota,* subdit testes deferre debere causas scientiæ quoad punctum deputationis ad certum servitium.

110 Advertendum tamen, quod familiaritas quoad propositum non probatur, si Sede vacante in familiam Cardinalis fuerit receptus, & ea vacante exeat; nam eo casu beneficia istius non sunt reservata, ex quo regula hæc, sicut & reliquæ, moriuntur cum persona conditoris, ut dixi suprà *n. 60.* Mandos. *ad reg. 32. quæst. 11.* Anastas. Germon. *de indultis Card. §. per quod sublatis, n. 89.* Ioan. à Coch. *in proœm. Regul. Cancell. n. 23.* Ex quibus

111 Collige *primò* illos, qui in domibus Cardinalium haberent expensas victûs, seu partem, non ut familiares, & servitores, sed ut amici, aut consanguinei, vel ex eleemosyna, vel alia causa, non esse familiares, nec eorum beneficia esse reservata, ut resolutum fuit in Rot. *in una Salamant. & Abul. Benefic. 6. Iunii 1599.* coram *D. Peña* quam referunt Nicol. Garc. *d. c. 1. n. 317.* & Salust. Tiber *in praxi lib. 3. sub c. 9.* idem fuit resolutum *in Hispalen. Archidiaconatus, 20. Febr. & 26. Iunii 1606.* coram *D. Iusto.*

112 Collige *secundò* Vicarios, seu Provisores, aut Auditores generales Cardinalium in eorum Episcopatibus, seu Abbatiis, habentes ab eis expensas, seu mensam, aut salarium, seu stipendium, non dici eorum familiares, id est, servitores, seu famulos; sed officiales, & tanquam tales, non tanquam familiares recipere expensas, cùm videatur eorum servitium præstari Dignitati potiùs, quàm personæ. Ita Nicol. Garc. *d. cap. 1. n. 318.* Rot. *in Parmen. Canonicatus, 11. Feb. 1585.* coram *Gipsio,* cujus meminêre Steph. Grat. *discept. forens. c. 257. n. 1.* & Lott. *d. lib. 2 q. 32. n. 12.* nisi officium fuisset familiaritati superductum, Simon. *de reserv. q. 35. n. 21.* Gratian. *d. c. 257. n. 42.* Lotter. *d. q. 32. n. 128.* Quamvis Sarm. *select. lib. 7. c. ult.* asserat quod Vicarius Episcopi est ejus familiaris, & Segura de Avalos *in direct. judic. Ecclesiast. p. 1. c. 14. n. 38.* dicat Iudices ordinarios, seu delegatos Episcoporum venire appellatione famulorum, & ex communi usu loquendi famulos nuncupari, quem sequitur Sbroz. *de Vicar. Episc. in addit. ad q. 147. lib. 2.* Nisi ille, qui constitutus fuit Vicarius, esset ex familiaribus continuis commensalibus Cardinalis; nam tunc talis etiam Vicarius effectus manet, cum adhuc sit in servitio Cardinalis, & ejus expensis vivat, Gonzal. *d. gloss. 51. n. 66.* Quintilian. Mandos. *reg. 3. Cancell. de reserv. q. 19.* Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 3 q. 109.*

113 Familiaris beneficium dicitur reservatum, etiamsi is mortis suæ tempore familiaris esse desierit, Menoch. *de arbitr. casu 201. n. 113. cum sequentib.* & sufficit ad hunc effectum, quod durante familiaritate beneficia obtinuerit, quantumcunque parvo tempore duret familiaritas, Nicol. Garc. *p. 5. c. 1. n. 279.* & sic postmodum cesset, ut hæc ipsamet regula declarat, Gonzal. *gloss. 51. n. 62.* Garc. *d. c. 1. n. 277.* Lott. *d. lib. 2. q. 32. n. 75.* nec tantùm beneficia reservantur, quæ tempore Cardinalitiæ Dignitatis, vel familiaritatis adepta sunt, sed etiam quæ ante, cùm qualitas ipsa beneficii personæ mutatione non immutetur, Anton. Fab. *lib. 1. defin. forens. tit. 2. definit. 16.* Greg. *dec. 166. n. 4.* Lotter. *d. lib. 2 q. 32. n. 76.*

114 Et adverte quod familiaris habens beneficium reservatum ratione familiaritatis in Ecclesia, in qua adest consuetudo, seu privilegium optandi, potest eo dimisso, quod habet, optare aliud, & optatum manet reservatum, & loco dimissi subrogatur. Ita Paul. Gran. *ad Simon. q. 35. n. 42.* Gonz. *gloss. 34. n. 40.* Nicol. Garc. *dict. c. 1. à n. 334* ubi *n. 340.* dicit operatum non subrogari loco dimissi reservati, & sic ratione subrogationis non esse reservatum, nisi tempore optionis adhuc duret qualitas inductiva reservationis. Vtrùm autem

hæc

hæc regula capiat illud quoque beneficium familiaris unius Cardinalis,quod sitad ordinariam collationem alterius Cardinalis, vide latè Lott.*d. q.*32. *num.* 79. *cum multis seq.*& *à n.*100.disputat quid dicendum eo casu,quo idem Cardinalis est patronus, & Ordinarius collator.

REGULA. V.

Reservatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

115 *ITem reservavit generaliter omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Collectorum, & unitorum in quacumque civitate, vel diœcesi, qui suo tempore officia exercuerint Subcollectorum fructuum, & proventuum Camerâ Apost.debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, & in quibus,seu ad quæ jus tunc competebat.* Circa hanc Regulam.

116 *Primò* notandum est,valdè controversum esse, an requiratur exercitium officii Collectoris,vel Subcollectoris,ut ejus beneficia sint reservata? Pro affirmativa parte aliquando tenuisse Rotam referunt Crescent. *in decis.* 17. *de prabenb.* Cardin. Put. *decis.*31. *l.*1.Trivisan. *decis.*114.*in manuscript.*Rot.*divers.in dec.*1846.*p.*3.*& in nova Forolivien. Capellæ,*3. *Iunii* 1586.coram *Granutio.* Sed contrarium receptius est hodie,ut tenent Caputaq.*decis.*140.*p.*1.*& dec.*76.*p.*3. Mandos. *hic q.*4.Zerola *in praxi Episcop. p.*1. *verb. beneficia,*§.2.*limit.*8.*& p.*2.*verb.exempt.*§ 6.Flamin. *de resignat l.*2.*q.*16.*n.*26. Nic. Garc. *d.c.*1.*à n.* 345. Aloys.Ricc. *in collect.decis.p.*5.*collect.* 1647. Filliuc. *tract.*41.*c.*3.*à n.*47.Lotter. *de re benefic.lib.*2.*q.*32. *à n.*155.me citato *in hoc loco* Castr.Palao *in opere moral.tract.*13.*disp.*2. *punct.* 20. *n.*4. qui dicunt solam deputationem sufficere etiam absque acceptatione, & exercitio: & fuit resolutum *in una Urgellensi Canonicatus,*7.*Maii* 1593.coram *Illustrissimo Card.Blanchetto, & in una Salamantin. portionis* 15. *Octobris* 1584.coram *Reverendissimo Mediol.& in una Astoric.Archidiac.*6. 6.*Novemb.*1601.Coram.*Card. Lancell.sen.*ubi decisum fuit non requiri exercitium, sed sufficere subcollectorem paratum esse adexercendum, quotiescumque se offerat occasio,& *in Placentina,seu Compostellana Thesauraria.*25.*Maii,&* 16.*Novemb.* 1609. coram *Ottembergo*, & novissimè *in Cremon. Canonic.*14.*Ianuarii,&* 15.*Aprilis* 1630. coram *Reverendiss.Episc.Urgellen.*& coram eodem *dec.* 263. *n.*3.*p.*2.ibi.*Et licet non requiratur quod Subcollectoriã acceptaverit,aut exercuerit,sed sufficiat sola deputatio, etiam quod illam non viderit,nec receperit,juxta magis veram sententiam Mandos.super regulas, ad reg.*4.*q.*4.*ubi rationem assignat.Simõ.de reservat.q.*33. *n.*8.*cum seqq. Æn. de Falconib. de reservat. qu.* 3. *in princ.n.*16.*Cochier.super.de regul.*4.*num.* 20. *quam Rota,tam antiqua,quàm moderna sequitur,ut in decis.* 12.*de prabend. in nov.Verall. decis.*141.*n.*2. *part.* 2. *Put.dec.*329.*n.*4.*p.*2.*in correct.* &c. Idem D. Duran. *decis.*233.*num.*17.Et verba illa Regulæ, *qui suo tempore officia exercuerint*, intelligenda videntur ad differentiam eorum, qui non verè, sed fictè essent subcollectorales, & *in d. Astoric.* dicitur, quod decisio Putei,& aliæ allegatæ suprà in contrarium,intelligendæ sunt de exercitio largo modo, scilicet quod per ipsos non stet, quod sint parati exercere. Ego tamen eas etiam intelligerem data exercendi officium consuetudine, quamvis enim hujusmodi subcollectores actu illud non exerceant,quia occasio non sese obtulit,sufficit quod sint parati,& habeant potestatem, vel soliti sint per se,vel jam fuerint per antecessores suos in Provincia, vel Episcopatu, ubi constituuntur, illud exercere; at verò si deficiat consuetudo exercendi,quia nunquam ibi tale officium fuit exercitum, vel defectu fructuum,& proventuum Cameræ Apost. debitorum, vel aliquo privilegio, aut consuetudine, credo eorum beneficia non esse reservata, & in his terminis intelligenda esse prædicta verba hujus Regulæ.Data autem potentia exercendi,sola deputatio sufficit etiam antequam suam potestatem habeat,vel recipiat. Rot. *dec.*12. *de prabendis in novis*, Mandos. *hic q.*4.Falcon.*q.*3.*princ.num.*16.Reverendissimus D. Duran.Episcop. Urgellen. *decis.* 233.*n.*14. ubi quod non requiritur exercitium actuale, sed sufficit potentia,idest ut occurrente occasione exercendi, sit paratus exercere.Nec obstat doctrina Rotæ *decis.*21. *de conc.prabend. in novis*, aliàs 459. quod jurisdictio, seu potestas delegata non acquiritur judici etiam quoad habitum, nisi scienti,& consentienti, & receptis litteris,quia respondetur cum Nicol. Garc. *d.c.*1. 349.& Aloys.Ricc.*d.collect.*1647.*vers.amplia tertiò,* verius esse transferri jurisdictionem quoad habitum in delegatum à tempore datæ,licèt quoad exercitium requiratur præsentatio litterarum, secundùm eandem Rot.*d.decis.*12.*de prab. in novis.*

Secundò notandum est, quod quamvis ista regula reservet beneficia unicorum in quacumque civitate, vel diœcesi subcollectorum, tamen impetranti beneficium ut reservatum ratione Subcollectoriæ, sufficit illam probare,nec tenetur probare quod erat unicus, sed adversario incumbit onus probandi pluralitatem cùm sit præsumptio de unitate,ut tenuit Rota *in una Calaguritana Scholastria de Legroño, ult. Maii* 1546. corã *D.Antonio Augustin.*prout referunt Nic. Garcia *d.c.*1.*n.*356. Aloys.Ricc. *d. collectan.* 1647.*v. notandum est secundò,*Duran.*d. decis.*263.*n* 8. me citato *in hoc loco,*Castro Palao *d.disp.*2. *punct.*20.*n.*6. *v.praterea,in fine.* Intellige tamen, nisi unicitas sit expressa per impetrantem in sua gratia,quia tunc erit per eum justificanda,& probanda ista qualitas,& narrativa unicitatis,ut fuit resolutum *in causa Licien.beneficiorum,*4.*Februarii* 1608.coram*Card. Cavalerio.*

Tertiò notandum, quod licèt beneficia Subcollectorum unicorum in qualibet Civitate sint reservata, Rota *decis.*715.*n.*5.*p* 1.*recent.*& coram Duran.*decis.* 263.*n.*1.*p.*2.tamen adhuc stante Subcollectore generali in una Provincia,beneficia Subcollectoris particularis in una ejus civitate sunt reservata,propter istì regulam loquentem de unico,quia est unicus,non obstante generali Subcollectore in Provincia: & ita tenuisse Rotam testantur Aloys. Ricc.*dict.collect.*1647. *vers.notandum est* 3.Nicol.Garcia *d.cap.*1.*n.*357. ubi *n.sequenti,*resolvit hinc à fortiori esse reservata beneficia Subcollectoris unici in una Civitate,vel Diœcesi licèt ibi sit Collector generalis. Nam ista Regula comprehendit æquè collectores civitatum, & diœcesum,ac Collectores provinciarum,Simonet. *de reservat.quæst.*33.*in princ.*Duran. *d.decis.*233. *num.*11. † Verùm si esset unus Subcollector in Civitate, & alius in diœcesi,neuter comprehenderetur ista Regula, quia mens illius reservantis beneficia unicorum in quacumque civitate, vel diœcesi Subcollectorum, videtur esse,quod pro tota diœcesi non sit nisi unus Subcollector. Ita Gonzal.*ad reg.*8. *Cancell. gloss.*43. *à n.*167.*& gloss.*51.*à n.*73.Nicol. Garc. *d.c.*1.*n.*374. dicentes quod quamvis una diœcesis sit valdè lata, & habeat plures Cathedrales, ac Civitates,ut in diœcesi Calaguritana,& aliis pluribus Hispaniæ,non potest esse in tota diœcesi cum suis civitatibus,nisi unicus duntaxat Subcollector,ut fuit resolutum *in una Calaguritana beneficiorum,*2.*Decemb.*1602.corã *Illustr.Lancell.*& fuit confirmatum *in alia Burgen. beneficii* 23.*Maii* 1603.coram *D.Litta,*quia in casu prædictarũ decisionum fuit deputatus Subcollector civitatis,& diœcesis Calciaten.à D. Orphino Collectore generali

generali, nempè cum præsupposito, quod haberet fines distinctos, & separatos à diœcesi, & civitate Calaguritana; quo præsupposito cessante, quia est unica diœcesis, cessabit quoque dicta deputatio Subcollectoris, & per consequens illius beneficia non fuerunt reservata ratione Subcollectoriæ, ut ibi fuit resolutum. Et advertit Lotter. *d. lib.2. q.38.n.182.* cadere pluralitatem in Collectoribus, adeo ut si sint plures in eadem diœcesi, omnium beneficia sint reservata, quia terminus unicitatis ad ipsos non est referendus, sed ad Subcollectores tantùm.

110 *Quartò* notandum est, quod si Collector successivè plures Subcollectores deputavit in aliqua civitate, vel diœcesi, ita quod eodem tempore unicus tantùm fuit Subcollector, eorum omnium beneficia sunt reservata per hanc regulam, quia satis est quod eodem tempore unus tantum Subcollector reperiatur. Ita Bellencin. *de charit. subsid. q.118.* Simonet. *de reservat. q.33.* Nicol. Garc. *d. cap.1. num.365.* Aloys. Ricc. *d. collect. 1647. vers. notandum est tertiò, in fine.* Rota *in Licien. Canonicatus, 19.Febr.1629.* coram *R.P.D.*
111 *Dunozetto.* Subcollectorem secundum deputando quis, primum tacitè revocare videtur, Rot. *decis. 9. de prebend. in novis.* Nicol. Garcia *d. cap. 1. n. 366.* Aloys. Ricc. *d. collect. 1647. ampl. 5.*

112 *Quintò* notandum est, beneficia, quæ Collectores habuerunt tempore officij esse reservata ex hac regula, etiamsi ante officium illa obtinuissent, Rota *decis.10. de prebend. in novis*, Bellencin. *d. tract. q. 119. in fine*, Simonet. *q. 32.* Aloys. Ricc. *d. collect. 1647. amp. 4.* me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. disp.2. puncto 10. num.7. in fine.* Nicol. Garcia *d.cap.1.n.352.* ubi *num. 373.* resolvit hanc Regulam non habere locum in Subcollectore particulari deputato ab alio Subcollectore particulari alicujus civitatis, vel diœcesis, quamvis à Papa esset data facultas quod Subcollector Subcollectorem facere possit, vel esset consuetudo quod Subcollector Subcollectorem deputare possit: nam quamvis in istis casibus talis diceretur verus Subcollector; tamen non comprehenderetur à regula ista, quæ solum reservat beneficia unicorum Subcollectorum.

113 *Sextò* notandum est, scripturam non requiri ad probandum quod quis sit Subcollector, sed sufficere dictum unius testis cum aliquibus adminiculis, ut fuisse resolutum in Rota, refert Aloys. Ricc. *d.collect.1647. amp. 2.* nisi ageretur de probanda facultate ad effectum, ut solvere debentes cautè solvant: nam tunc requiruntur litteræ ipsius Subcollectoriæ, Nicol. Garc. *d.cap.1.n. 377.* & non sufficit illarum transsumptum, Simonet. *de reservat. q.34. fol. 111.* Moneta *de decimis, cap.9. q.5. n.212.* ubi limitat nisi sumptum fuerit nulla lite pendente, servata forma *cap. fin. de fide instrum.* vel sumptum fuerit ex registris Bullarum Papæ.
114 † Nec ad effectum probandi reservationem probatur Subcollectoria per testes de communi reputatione & publica voce, & fama, ut fuit resolutum *in una Feretrana Parochialis, 4. Maij 1588.* coram D. de Rubeis, Aloys. Ricc. *d. coll. 1647. ampliat. sexta*, Nicol. Garcia *d. cap.1. n.379.* Moneta *q.5. n.234.*

115 *Septimò* notandum est, quod cùm Subcollector sit delegatus Apost. & jurisdictionem habeat, debet saltem esse persona qualificata, nempe Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, vel aliàs in Dignitate Ecclesiastica constitutus tempore deputationis, quamvis postea desinat esse, ex glos. *in cap. statutum, verb. Catalogus, ad finem, de rescript. in 6.* aliàs deputatio erit nulla, & reservatio cessabit. Gonzal. *d. gloss.51. n.79.* Nicol. Garcia *d. cap.1. num. 385.*

116 *Octavò* notandum est, quod licèt hæc regula loquatur de Collectoribus fructuum & proventuum Cameræ Apost. comprehendit nihilominus Collectores deputatos ad exigendum subsidium impositum à Papa pro subventione Imperatoris contra Infideles, Simonet. *de reservat. q.33. n. 3.* Bellencin. *de charit. subsidio q.115.* Cochier. *super reg.4. Cancell.n.17.* Et ratio est, quia appellatione Collectorum proventuum Cameræ, veniunt etiam prædicti Collectores, ex quo hujusmodi subsidium nomine Cameræ exigitur, eidémque applicatur erogandum postmodùm in subventionem Imperatoris, ut in terminis hujus Collectoris fuit resolutum *in Licien. Canonicatus 19. Februarij 1614.* coram *R. P. D. Dunozetto, & in Cremon. Canonic. 14.Januar.1630.* coram *Reveren.Duran.Episcopo Urgellen.* inter ejus impressas *decis. 233. num. 18.* Ultimò notandum, quod ad inducendam reservationem necessaria non est unicitas Collectoris, quia regula requirit unicum Subcollectorem, non autem unicum Collectorem, Bellencin. *de charitativo subsidio q.118.* Simon. *de reserv. q.33. n.1.* Rota *in d. Licien. Canonicatus, 19. Februar.1629. & 16. Martij eod. anno*, coram *R. P. D. Dunozetto.* De Protonotariorum beneficiis reservatis dixi infrà *alleg.64. à n. 30.*

REGULA VI.

Reservatio beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

ITem reservavit omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcunque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit in quovis loco, quantumcunque etiam in dicta Curia remoto. 127

Circa hanc Regulam dubitari solet quomodo hîc accipiatur Curia Romana: & quamvis non desint, qui teneant, Curiam ibi esse ubi est Papa, de quorum numero sunt Rebuff. *in concord. tit. de forma mandati, verba extra Romanam Curiam, vers. & adverte quod ibi est curia Romana*, Gom. *reg. de verisimili, q.7. & in reg. de triennali, q.31. n.14.* Mandos. *reg.5. Cancell. q.2.n.1.* Gonzal. *ad reg.8.Cancell.gloss. 13. §.1. à n.2.* D. Barbosa *in l.2. §. Legatis, à n.37. ff. de judic.* Tamen alij meliùs sustinent ibi esse Curiam, ubi est causarum, & litterarum Apost. audientia, licèt ibi non sit Papa, *Clem. ne Romani, §. sanè, de elect.* & ibi Bonif. *num. 18.* Perez *l.39. tit.19. lib.8. Ordin. pag.389.* Nicol. Garcia *d.cap.1.n.388.* Filliuc. *tract.11. de benefic. cap.3. num. 51.* Sic etiam Regia Curia est locus ubi Rex est cum suis Consiliariis, & aliis, qui ejus lateri assistunt, ut ei consulant in regimine totius Regni, Covarr. *pract. cap.4. num.10.* Gregor. *l.27. verbo corte, tit. 9. part. 2.* Joan. Garc. *de expensis, cap.12. num.25.* Cabed. *Lusit. decis.13. num.3. part.1.* Quare in terminis hujus Regulæ tunc dicendum est Curiam transferri, cùm Papa vadit cum Cancellaria & Tribunalibus suis, seu cùm Cancellaria, & alia Tribunalia mutantur. Ita Nicol. Garcia *d. cap.1. numer. 391.* Verùm declaravit Clemens VIII. *Constit. 54. in Bullario novo, tom.3. fol. 70.* unam, & eandem Romanam Curiam existere, & censeri in Urbe, & ubi est Papa, etiam quoad beneficia, quæ tam in dicta Urbe, quàm in civitate, ad quam Papa se contulisset, vacarent, quod etiam tradit Mar. Alter. *de Cens. tom.1. lib. 5. disput. 9. cap. 3.* 128

REGULA VII.

Reservatio beneficiorum Cubiculariorum, & Cursorum.

ITem reservavit generaliter idem D. N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia Cubiculariorum, etiam honoris nuncupatorum, ac Cursorum suorum. Declarans in predecessorum suorum Romanorum Pontificum Constitutionibus, & Regulis reservatoriis beneficiorum 129

ciorum Cubiculariorum, etiam Cubicularios honoris nuncupatos, etiam à die earum editionis, & publicationis intelligi, & comprehendi, ac comprehensos fuisse & esse, irritum, &c. *attentari decernens.*

130 Circa hanc regulam notandum est verba illa, *etiam honoris nuncupatorum*, & à *vers. declarans*, usque ad finem, de novo à S.D.N. Gregorio XV. addita fuisse, & per ea sublatam dubitationem, de qua Gonzal. *ad Regul. Cancell. gloss.* 51. *à num.* 91. Azor. *institut. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *quaes.* 19. *vers. per VI. Regulam*, Nicolaus Garcia *d. cap.* 1. *num.* 398. Filliuc. *tract.* 41. *de benef. cap.* 3. *num.* 53. Rot. *decis.* 43. *part.* 1. *recentior. & decis.* 573. *part.* 2. *recentissim. in posthum.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 32. *num.* 162. & 163. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *in opere moral. tom.* 2. *tract.* 23. *disp.* 2. *puncto* 21. *num.* 2.

131 Cursores Papæ sunt illi, qui habent locum ad instar Tribunalis, quod vulgò banchum Cursorum nuncupatur, & ferè omnes sunt clerici, & in clericali habitu incedunt. Mandos. *hic q.* 2. *num.* 5. Filliuc. *d. cap.* 3. *num.* 54. horum officium est Cardinalibus intimare Capellas, & Consistoria Papæ, & alia, vocantúrque Cursores ad differentiam aliorum, qui Mandatarij dicuntur, Paul. V. V. *Constitut.* 71. §. 21. *in Bullario novo, tom.* 3. *fol.* 282. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *ubi suprà.*

REGULA VIII.

Reservatio beneficiorum Ecclesiarum S. Ioannis Lateranensis, & Sancti Petri, ac Beatæ Mariæ Majoris de Vrbe, & beneficiorum titulorum Cardinalium à Curia absentium.

132 *Item reservavit dispositioni suæ generaliter quoscunque canonicatus, & præbendas, ac dignitates, personatus, & officia in S. Joannis Lateranensis & Principis Apostolorum, ac B. Mariæ Majoris de Urbe Ecclesiis, necnon ad collationem, provisionem, & præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium à Romana Curia absentium, ratione suorum Episcopatuum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, & Diaconorum spectantia, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteráque beneficia cum cura, & sine cura vacantia, & antea vacatura, tam in eadem Urbe, quàm in Ecclesiis, civitatibus, & diœcesibus dictorum Episcopatuum consistentia. Ac decrevit irritum*, &c.

133 Circa hanc regulam notandum *primò*, speciatim trium prædictarum Ecclesiarum beneficia sibi Papam reservasse, non obstante quod sit Urbis Episcopus jure ordinario habens potestatem conferendi beneficia, quia fortè olim Archipresbyteri harum Ecclesiarum, cum sint Cardinales, jus beneficia conferendi sibi sumpserant: aut fortè ne tanquam Cardinales sibi jus ea conferendi convenire arbitrentur. Ita Azorius *institut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *quæsit.* 10. *vers. per VII. regulam*, Gonzal. *gloss.* 13. *num.* 22. Filliuc. *tract.* 31. *de benef. cap.* 3. *num.* 15. Cochier. *in addit. ad gloss. antiq. super regul.* 7. *in princip.* latè Lotter. *de re benefic. lib.* 22. *q.* 33. *à num.* 2. Castro Palao me citato *in opere moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *puncto* 21. *num.* 3.

134 *Secundò* notandum est, quod ista regula reservatoria beneficiorum S. Petri, ac S. Joannis Lateranensis, & S. Mariæ Majoris, restricta est ad Canonicatus, Præbendas, Dignitates, Personatus, & Officia, & non comprehendit clericatus, seu beneficiarus in ea non expressos, quorum collatio est Archipresbyteri, & Capituli, ex privilegiis diversorum Pontificum & antiquissima observantia, ut fuit dictum *in una Romana clericatus S. Petri*, 27. *Novemb.* 1602. coram *Card. Pamphilio sen.* quæ est apud Farin. *decis.* 616. *part.* 4. *divers.* novissimè me citato *in hoc loco*, Castro Palao *ubi suprà.*

Circa secundam partem hujus regulæ advertendum, eam intelligi, & loqui de beneficiis vacantibus in Ecclesiis titularibus Cardinalium de Urbe, sive in diœcesibus sex Episcoporum Cardinalium antiquorum, quorum Episcopatus sunt annexi Cardinalatibus, & optantur per sex antiquiores Cardinales Presbyteros, qui in Urbe tempore vacationis reperiantur, & sunt Episcopatus Hostien. Portuen. Prænestin. Tusculanen. Sabinen. & Albanen. Gonzal. *gloss.* 24. *num.* 142. Filliuc. *tract.* 41. *de benef. cap.* 3. *num.* 57. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. punct.* 21. *num.* 5. ubi *n.* 6. asserit hanc regulam esse intelligendam de sex illis Cardinalibus, quibus ratione Cardinalatûs est Episcopatus annexus: quoniam jure citra ipsius Papæ consensum abesse non possunt, Flamin. *de resignat. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 27. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 24. *num.* 124. Camil. Borell. *in summa omnium decis. tom.* 1. *tit.* 10. *n.* 8. † cum eorum officium sit assistere Papæ, Flamin. *lib.* 2. *q.* 1. *num.* 34. & *lib.* 7. *q.* 12. *num.* 14. & ob id dicantur pars corporis ipsius Papæ, Moneta *de decim. cap.* 9. *q.* 3. *num.* 114. nonnunquam tamen dicuntur consiliarij, coadjutores, assessores, Patres conscripti, vices gerentes Apostolorum, & filij primi gradus amoris Pontificij, Isidor. Moscon. *de Majestate militantis Ecclesiæ, lib.* 1. *c.* 5. Germon. *de sacrorum immun. p.* 5. *cap.* 6. Lancellot. Conrad. *in templo omnium Judicum, lib.* 2. *c.* 2. quos refert Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ statibus part.* 1. *cap.* 5. *paulò post princip.*

Deinde advertendum, quod alij Cardinales obtinentes accidentaliter, non autem rarione Cardinalatuum, Episcopatus, vel Archiepiscopatus, & in eis residentes, non comprehenduntur sub reservatione hujus regulæ, Gonzal. *gloss.* 24. *num.* 164. solent habere indultum à Papa, ut omnibus gratiis, prærogativis, favoribus, &c. concessis Cardinalibus præsentibus in Curia, gaudeant, ac si præsentes, &c. ita Gonzal. *gloss.* 24. *à num.* 221. Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.* 406. & 457. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 21.

Circa tertiam verò partem hujus Regulæ est advertendum, quod decretum irritans in fine ibi positum refertur non solum ad omnia contenta in ista Regula, sed etiam ad omnes Regulas præcedentes, Cardin. Put. *decis.* 108. *lib.* 3. quem refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 3. *collectan.* 1672. *in princip.* ubi etiam dicit dari differentiam, quod reservatio cum decreto afficit ante notificationem, non verò reservatio sine decreto: me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. puncto* 2. *num.* 7.

Ulterius sciendum, quod decretum reservationis impedit restitutionem in spolio, & manutentionem, ut pluribus Rotæ decisionibus observant Aloys. Ricc. *in d. collect.* 1672. Nicol. Garcia *d. cap.* 1. *à num.* 421.

REGULA IX.

Reservatio mensium Apololicorum, & de alternativa pro Episcopis residentibus.

Item cupiens idem S.D.N. Papa pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia, qualitercunque qualificata, & ubicunque existentia, in singulis Januarij, Februarij, Aprilis, Maij, Junij, Augusti, Octobris, & Novembris mensibus usque ad suæ voluntatis beneplacitum extra Roman. Curiam, alias quàm per resignationem

tionem quocunque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, vel quamvis aliam dispositionem quorumcumque collatorum, & collatricum, sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostol. & quoscumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & observare debuerant, acceptatis, & observatis, quæ lædere non intendit comprehensorum) quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reservavit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis benef. tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient, de mense in quo vacaverint, dispositivè mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse. Ac consuetudines etiam immemorabiles optandi majores, & pinguiores præbendas, necnon privilegia etiam in limine erectionis concessa, & indulta Apostol. circa ea, ac etiam disponendi de hujusmodi benef. aut quod aliàs sub hujusmodi reservationibus nunquam derogatoriis, & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quorum tenores pro expressis haberi, & latissimè extendi voluit, quibusvis personis, & collegiis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus quomodolibet concessa adversus reservationem hujusmodi minimè suffragari. Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsis quamdiu apud Eccles. aut diœceses suas verè ac personaliter resederint duntaxat, de omnibus & quibuscumque beneficiis Ecclesiast. cum cura, & sine cura, sæcularibus, & regularibus (ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interventu Capitulorum, vel aliorum, aut aliàs pertinentibus) quæ antea in mensibus Februarij, Aprilis, Junij, Augusti, Octobris, & Decembris extra curiam ipsam vacare contigerit (dummodo aliàs dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit. Ac etiam voluit, ut si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet Januarij, Martij, Maij, Julij, Septembris, & Novemb. vacaturorum, quæ etiam dispositioni suæ, ut præfertur, reservavit, seu etiam aliorum dispositioni suæ, & dictæ Sedis aliàs quomolibet reservatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quominus provisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, usu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipso privati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficiis, illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi verò, qui gratiam alternativæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes litteras manu propria subscriptas, suòque sigillo munitas, & in sua quisque civitate, vel diœcesi datas declarare, & litteras ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur. Quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea, uti incipiant gratia supradicta. Decernens sic in prædictis omnibus per quoscunque, &c. judicari debere, ac irritum, &c. attentari.

Omnia beneficia Ecclesiastica.

141 AD hoc ut beneficium Ecclesiasticum dicatur, sequentes requiruntur qualitates. *Primò*, quod sit fundatum auctoritate Episcopi, gloss. *verb. si beneficiorum, in fine, in Clem. 2. de decimis*, ubi communiter Doctores, Cæsar. de Grassis *decis. 13. num. 9. de præbendis*, Rot. *divers. decision. 509. n. 1. part. 1.* Gonzal. *hic gloss. 5. num. 7.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 5. numer. 40.* Cavalcan. *decis. 639. num. 8.* Rot. *in Monopolitana hebdomadæ, 1. Julij 1613.* coram *bonæ memor. Patriarcha Manzanedo*, & *in Melfiten. legati pij, 24. Januar. 1629.* coram *R. P. D. Dunozetto. Secundò* quod habeat quid spiritualitatis annexum, Abb. *consil. 47.* incip. *Illud de jure, n. 1. vers. tertium consideratur*, Gonzal. *gloss. 5. num. 8.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 1. cap. 2. à n. 7. Tertiò* quod sit conferendum clerico, non laïco, *cap. cùm adeò de rescript. cap. 2. de instit.* Gonzal. *gloss. 9. n. 9.* Nicol. Garcia *d. cap. 2. num. 28. cum sequentibus.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 5. collect. 1657.* Rot. *in d. Monopolitana. Quartò*, quod conferri non possit, nisi ab Ecclesiastica persona, putà Episcopo, vel Prælato, non verò à laïco, *cap. si quis deinceps, cap. si quis nullus, 16. quæst. 7.* Gonzal. *gloss. 5. num. 10. Quintò*, quod sit perpetuum, hoc est, quod non conferatur ad certum tempus, sed perpetuò, & ad vitam ejus, cui confertur; hoc enim proprium beneficiorum est, *cap. Sanctorum, dist. 7. cap. pen. de cleric. ægrot.* Gonzalez *gloss. 5. n. 11.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 1. quæs. 2. vers. ex his*, Less. *de Justit. lib. 2. cap. 24. dub. 1. n. 3.* speciali tamen jure, & privilegio possunt aliqua beneficia non esse perpetua, Nicol. Garcia *d. part. 1. cap. 2. num. 75.* Rot. *in Gerunden. personatus, & causæ piæ, 17. Maij 1630.* coram Cardin. *Verospio. Sextò*, quod conferens, non sibi, sed alteri conferat, & quidem purè, & sine aliqua extrinseca conditione, *cap. fin. de instit. cap. si quis dator, & seq. cap. si quis objecerit 1. q. 3.* Gonzal. *gloss. 5. à n. 14.* Quas omnes qualitates desiderant Nicol. Garc. *d. cap. 2. n. 61.* Ricc. *in praxi aurea, resol. 358.* Ex quibus omnibus

Primò infertur, quod Altaria, Oratoria, & Capel- 142
laniæ, quæ sunt fundatæ absque Episcopi, vel alterius Superioris auctoritate, non sunt beneficia Ecclesiastica, nec incidunt in reservationem hujus Regulæ, sed sunt sub pia dispositione fundatoris, & ejus hæredum, seu successorum, qui possunt tales Capellanias donare sine Episcopo, quibus voluerint, dummodò sint idonei, juxta dispositionem fundatoris, Moneta *de decimis, quæst. 9. num. 21.* Gonzal. *gloss. 5. à numer. 19.* plures refert Nicol. Garcia *d. cap. 2. à num. 102.* Petr. Gregor. *in instit. rei benefic. cap. 12. num. 10.* Secus † si essent erectæ auctoritate 143
Summi Pontif. vel Episcopi, & in titulos creatæ; tunc enim caderent sub reservatione hujus Regulæ, quia essent beneficia Ecclesiastica, gloss. *verb. beneficiorum, in Clement. de decimis*, Zerola *in praxi Episcop. part. 1. verb. beneficia, §. 1. ad finem, & part. 2. eodem verbo, §. 10. & verb. capellania*, Fusch. *de Visitat. lib. 2. cap. 11. num. 2.* Gonzal. *gloss. 5. num. 68.* Moneta *d. cap. 9. numer. 20.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. numer. 95.* Aloys. Ricc. *in praxi aur. resolut. 209. num. 3.* Hoc
tamen limitatur, † nisi essent jurispatronatus laïcalis, 144
vel mixti; quia hujusmodi beneficia sub hac regula non comprehenduntur, sicut nec sub aliis reservationibus generalibus, ut suprà dixi *à num. 25.* Et licèt nonnulli voluerint juspatronatus mixtum, hoc est, partim laïcale, partim Ecclesiasticum, sub reservatione hujus regulæ cadere, quasi juspatronatus Ecclesiasticum tanquam dignius, trahat ad se laïcale minus dignum, nihilominus contraria receptior est opinio, cùm in favorabilibus potius sit attendenda qualitas laïcalis, ne laïcus propter clericum perdat suum privilegium; & ideo tale juspatronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus, & tetigi hac *alleg. n. 27.* quod tamen intelligit Gonzal. *gloss. 18. num. 15.* quando patroni laïci habent majorem, vel saltem æqualem partem vocum in dicto jurepatronatus mixto, secus tamen esset si pars vocum patronorum Ecclesiasticorum esset major, & potentior, ac præponderaret vocibus laïcorum, cùm semper à potentiori fiat denominatio, *l. quæritur, de statu hominum.* Sed an juspatronatus Ecclesiasticum certis

certis duntaxat personis debitum, seu certo generi personarum, putà consanguineis fundatoris, aut filiis patrimonialibus, sub hac Regula comprehendatur? Negativè quoad Hispanos duntaxat, seu Castellanos resolvit Nicolaus Garcia *part.5. cap.1. num.562.* ubi *num.* 563. in affirmativam sententiam etiam inclinat, cùm ea sit per Rotam recepta *in una Placentina portionis, de anno* 1544. apud Puteum *decis.*164.*lib.*2. & *in una Calaguritana benef. de Arcaya,* 26. *Junij* 1591. coram *Illustriss. Seraphino decis.*962.

145 *Secundò* infertur præbendas temporales, quæ nihil spiritualitatis habent, cujusmodi sunt prædia, quæ conferuntur pro solvendis salariis Advocati, procuratoris, musicorum & similium, de quibus gloss. *in cap. cum M. de const.* non comprehendi sub hac reservatione.

146 *Tertiò* infertur Vicariam temporalem, & non perpetuam, quæ non datur in titulum, quales etiam sunt eæ, quæ sunt ad nutum amovibiles, quæ dantur à Monachis, seu Regularibus Mendicantibus, non venire, nec comprehendi sub reservatione hujus regulæ, per ea quæ latè tradit Gonzal. *gloss.*5. §. 3. *n.* 59. *cum sequentibus*, Gomez *de expectativis*, *num.*94. *vers. ex quo infero*, *quod nec vicarium temporalem.* Ratio est,
147 quia † Vicaria hujusmodi temporalis, seu ad nutum amovibilis, non est beneficium, nec titulus beneficialis, ut cum aliis resolvit Nicolaus Garcia *part.* 1. *cap.*2. *num.*93. Secus verò in Vicariis perpetuis, quæ dantur in titulum, cùm sint vera Ecclesiastica beneficia, *cap. postulastis*, *de rescriptis*, *cap. ad hæc*, & Abb. *de officio Vicarij.*

148 *Quartò* infertur Hospitalia non venire sub dispositione hujus regulæ, cùm regulariter appellatione beneficij non comprehendantur, etiamsi Ecclesias, vel Capellas habeant annexas, decimasque, & alia jura spiritualia, *Clement. per litteras* 2. *de præbend.* cùm laïcis committantur, *Clement. quia contingit*, §. *ut autem*, *de religiosis domibus*, Nicolaus Garc. *d. part.*1. *cap.*3. *num.*1. Gonzal. *gloss.*5. §.4. *num.*16. qui hoc limitant si Ecclesiæ, seu Ecclesiastico beneficio essent unita, vel in titulum ex ordinatione fundatoris, vel per viam electionis etiam clericis sæcularibus essent danda.

149 *Quintò* infertur præstimonia, & præstimoniales portiones non venire sub dispositione hujus regulæ: de his dico, quæ in sola temporalitate consistunt, aut quæ non dantur in titulum perpetuum, neque habent aliquod annexum obsequium spirituale, quia tunc nec sunt beneficia Ecclesiastica, nec in illis intrat reservatio: quod secus esset si in titulum perpetuum data fuissent, & habuissent annexum aliquod obsequium spirituale, vide Gonzal. *gloss.* 5. §. 2. Nicol. Garc. *d. part.*1. *cap.*2. *à num.*117. Flamin. *de resignat. lib.*2. *q.*1. *cap.*2. *à num.*123.

150 *Sextò* infertur pensionem reservatam super beneficio non comprehendi sub hac regula reservatoria, cùm pensio non sit beneficium Ecclesiasticum, nec beneficij nomine intelligatur, sed temporale quod distinctum, & separatum ab ipso beneficio, Gig. *tract. de pension. q.*28. Mandos. *ad reg.*19. *Cancell. q.*11. *n.*11. Flamin. *lib.*1. *q.*10. *n.*69. *& lib.*2. *q.*15. *n.*11. *& lib.*11. *q.* 4. *n.*31. Gonzal. *gloss.*5. §.5. Nicol.Garc. *d. part.*1. *cap.*5. *à num.*3. Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*3.*cap.*5. *q.*2. *& lib.*8. *cap.*5.*q.*4. Quod tamen limita, nisi pensio constitueretur ad particulare alicujus commodum super fructibus alicujus Ecclesiæ, ut deinceps sit beneficium Ecclesiasticum. Abb. per text. *ibi in cap. conquerente, n.*1. *notab.* 1. *de cleric. non resid.* dicens notandum esse ex illo textu, quod super redditibus unius Ecclesiæ potest constitui certum beneficium, assignando certam pensionem ex redditibus Ecclesiæ in temporalitate beneficij noviter creati; talis enim pensio esset Ecclesiasticum beneficium, Gig. *d. q.*20. *vers. quartò limita, & q.*67. *n.*1. *& quæst.*99. *n.*22. *in fine*, plures per Nicol. Garciam *d. cap.*5. *num.* 5.

An obtinens pensionem habeatur pro clerico, forí- 151
que privilegio gaudeat? Quæstio est admodum controversa apud Doctores, ut videre est per citatos *alleg.*12. *n.*9. Verior tamen opinio est affirmativa, nam cùm quæstio hæc novissimè incidisset inter Reverendissimum Episcopum Portugalen. D. Rodericum à Cunha, & inter Senatum Regium ejusdem Civitatis, de mandato prædicti Reverendissimi ejus Agens in Curia Paulus de Battos de Beza, nobilis Lusitanus; in sacra Congregatione Concilij dubium ita proponit, *An clericus in minoribus habens pensionem, & incedens in habitu, & tonsura, gaudeat privilegio fori?* Cui sic responsum fuit: *Sacra Congregat. Cardinalium Concil. Trident. interpretum censuit gaudere*, *die* 20.*Aprilis* 1622. R. Card. Ubaldinus. Cujus declarationis proprium originale ego vidi, & legi.

Septimò infertur Beneficia manualia non cadere sub 152
reservatione hujus regulæ, sive sint sæcularia, sive regularia, glos. *verb. revocari, ad finem, verb. & ob hanc causam, in Clement. unic. de supplenda negligent. prælatorum.* Calder. *cons.*26. incip. *An in reservationibus, de præbendis.* Rationem assignans, quia † Papa reser- 153
vando sibi collationem beneficiorum, videtur intelligere propriè de collatione, quæ fit perpetuò de beneficio: sequuntur plures, de quibus Gonzal. *d. gloss.*5. §. 6. *n.* 12. & quamvis regula hæc exprimat beneficia regularia, quæ regulariter, & naturâ suâ sunt manualia, ut per Garcia *d. p.*1. *cap.*2. *num.*67. tamen aliquando sunt perpetua, idem Garc. *p.*1. *cap.*1. *n.*511. Flamin. 159
de resignat. lib. 11. *q.*3. *num.*82. *cum sequentibus.*

Octavò infertur regulam hanc reservatoriam non 154
habere locum in Commenda, sive ea sit temporalis, & ad nutum amovibilis, donec Ecclesiæ provisum sit de Rectore, ut in casu *cap. deinceps* 15. *de elect. lib.*6. sive sit perpetua ad favorem personæ, & vitam Commendatarij, cum jure percipiendi fructus; quia licèt ista sit perpetua ad vitam, tamen ad effectum reservationis beneficium propriè non dicitur, sed cessante commenda per obitum commendatarij, non dicitur beneficium per obitum illius vacare, sed vacat semper, ut prius, itaut non sit attendendus mensis, in quo obierit commendatarius. Mohedan. *decis.*4. *& 9. de præbend.* Simonet. *de reserv. q.*59. *n.*6. latè Gonzal. *gloss.*5. §.8. *à num.* 34.

Nonò infertur beneficia de mensa non censeri re- 155
servata sub dispositione hujus regulæ: Beneficium enim de mensa dicitur illud, quod est perpetuò incorporatum mensæ Episcopali, aut Capitulari, seu Abbatiali, ita quod nunquam vacat, nec in tali beneficio datur negligentia in provisione, gloss. *verb. de mensa. in Clem.* 1. *de supplenda negligentia Prælat.* ubi Imol. *n.*42. & Cardin. *n.*5. ideóque cùm non detur vacatio, sequitur quod non comprehendantur sub hac regula loquente de beneficiis vacaturis, ut decisum *in una Tarvisina Parochialis*, 10.*Decemb.*1603. coram *Domino Litta*, refert Gonzal. *d. gloss.*5. §.6. *in fine.*

Decimò infertur hujusmodi regulam locum non ha- 156
bere in Coadjutoria, sive ea sit simplex, sive cum futura successione ob favorem, & utilitatem Ecclesiæ, propter ægritudinem corporis, vel animi coadjuti, cum talem Coadjutoriam obtinens non dicatur beneficiatus, sed beneficiati coadjutor, ideóque talis Coadjutoria non vacat, aut vacare potest in aliquo ex mensibus hujus regulæ, sed cessat, & extinguitur cessante vita, & impedimento coadjuti, nam interim dum
ille vivit, † coadjutor non habet jus in re, sed ad 157 160
rem, Navar. *in cap. si quando*, *de rescriptis*, *prælud.*10. *& in tract. de orat. & de horis canon. cap.*20. *n.*18. Porrò materiam Coadjutoriæ concernentem, vide apud Gonzal. *gloss.*5. §.9. Nicol. Garc. *p.*4. *cap.*5.

Undecimò infertur beneficia unita accessoriè non 158
censeri

censeri reservata sub dispositione hujus regulæ; nam cum per unionem perdant titulum, nec amplius possint beneficia nominari, sed quæ iam sint prædia, non intret reservatio hujus regulæ loquens de beneficiis Ecclesiasticis vacantibus. Staphil. *de litteris gratiæ, tit. de formis mandati de providendo, §. secunda forma, n.2. vers. dico excludendo.* Rebuff. *in praxi, tit. de union. num.* 31. Gonzal. *gloss.5. §.7.* & præcipuè *num.25. & 38.* ubi *num.39.* dicit, quòd si beneficium unitum est alteri, in quod cadat reservatio, tunc quidem veniet in reservatione, non tanquam beneficium de per se, quod non est, sed ut prædium, & patrimonium alterius beneficij, ex *regula accessorium, de regulis juris in 6.*

Limita *primò* si beneficium' esse unitum alteri æquè principaliter, & jura utriusque beneficij salva permanent, licèt ad invicem communicentur, tunc enim cum beneficium sic unitum non perdat nomen, nec titulum, nec effectum beneficij, nulla est ratio, cur hoc beneficium, quod remanet ex duobus beneficiis unitis compositum, non comprehendatur sub reservatione hujus regulæ.

Limita *secundò*, nisi unio sit facta solùm quoad erectionem, & gubernationem ambarum Ecclesiarum, non etiam ut bona illarum utriusque communicentur, quia tunc habet locum reservatio hujus regulæ, Gonzal. *d. §. 7. num.* 112.

Cum cura, & sine cura.

159 CUm sub dispositione hujus regulæ includantur beneficia cum cura, videndum est obiter, quæ sint illa, & quæ concurrere debeant, ut sint beneficia Curata.

Primò igitur requiritur, ut habeat potestatem ligandi, & solvendi in foro pœnitentiali, Monet. *de commun. ult. volunt. cap.* 10. *n.* 26. quæ non cadit nisi in Sacerdotem, *cap. in novo, dist.* 21. *cap. omnis, de pœnitent. & remiss.* & non omnis Sacerdos hanc curam habere dicitur, sed is tantum, qui necessitate astringitur Ecclesiastica ministrare Sacramenta, & fideles quibus administret, ad eum accedere coguntur, gloss. *verb. impediant, in Clem. dudum, de sepult.* quam ibi sequuntur Imol. *n.*32. Abb. *n.*24. & Anchar. *n.*20. ac alij, quos refert Gonzal. *gloss.6. num.*32.

Secundò requiritur, quòd sit certa Parochia, vel locus certis finibus, & limitibus constitutus ac designatus, in qua populus alicui Ecclesiæ deputatus degit, *cap. Ecclesias, in principio* 14. *q.*1. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.*13. *ante finem*, ibi, *ubi Parochiales Ecclesiæ certos fines non habent*, &c. Gonzal. *d. gloss.6. n.*37. Monet. *d. cap.*10. *n.* 26.

Tertiò requiritur, ut illius possessor exerceat curam nomine suo, & non alieno, *cap. extirpandæ, §. qui verò, de præbendis,* Rebuff. *in praxi, titulo de non promotis, infra ann. n.*36. Milis *in repertor. verbo Ecclesia Parochialis quæ dicatur*, Gonzal. *d. gloss.6. n.*40. Monet. *d. cap.* 10. *num.* 26.

Quartò requiritur, ut solus suo nomine regat, non cum duobus aliis, vel pluribus: quia ut unum corpus duo capita habere non potest, nisi monstrum sit, ita nec Ecclesia duos, vel plures Curatos, *cap. non minores, de præbendis, cap. in apibus 7. q.*1. *c. sicut una* 22. *q.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 468. incip. *Curam animarum, num.* 5. *cum duobus sequentibus.* Moneta *ubi proximè.* Quicquid aliud velit Nicolaus Garcia *part.*1. *cap.*3. *num.*128. Ex quibus omnibus.

160 *Primò* infertur, quod etiamsi deficeret fons Baptismalis, non propterea desineret esse Ecclesia Parochialis, quia per actum baptizandi non infertur cura animarum, Hojed. *de incompatibilit. benef. cap.* 13. *n.*8. Mascard *conclus.*468. *num.*8. & 9. Flam n. *de resignat. lib.*2. *q.*1. *num.*109. Gonzal. *gloss.6. à num.*48.

Secundò infertur idem dicendum quoad sepulturam, seu actum sepeliendi; nam ex jure sepeliendi non dicitur Ecclesia curata, Mascard. *ubi suprà, n.*10. Flam. *d.q.*1. *n.*108. Gonzal. *d. gloss.6. à n.* 53. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.*298. *à num.* 42. 161

Tertiò infertur, idem quoque dicendum, si Ecclesia non percipiat decimas, quia ex hoc non benè colligitur, minimè esse Parochialem, nec è contra. Mascard. *ubi suprà, n.* 6. Gonzal. *d gloss.6. n.*56. 162

Quartò infertur potestatem fori contentiosi, veluti quod quis habeat jurisdictionem in spiritualibus in foro tantum exteriori, non facere strictè, & propriè beneficium curatum, Gonzal. *d. gloss.6. n.*50. Sed meliùs potest dici beneficium curatum, quod habet curam jurisdictionalem, etiam fori exterioris, ut *in cap. dudum* 2. *de elect.* Navar. *cons.*4. *n.*1. *sub tit. de ætate, & qualitate ordinand. & cons.*15. *n.*2. *&* 3. *sub tit. de præbend.* Mascard. *ubi suprà, num.*2. Azor. *inst. moral. p.*2. *lib.*9. *cap.*3. *quæs.*14. *vers. curata Ecclesia,* Nicol. Garcia *de benef. p.*1. *cap.*6. *num.*7. 163

Quintò infertur, quod quando Ecclesia collegiata habet curam animarum, talis cura non pertinet ad singulos Canonicos illius, sed ad totum Collegium unicam personam Rectoris repræsentans Oldrad. *cons.*67. *n.*1. *in fine,* Put. *decis.*220. *lib.*1. Gonzal. *glos.*6. *n.*71. In Hispania autem, & Italia tales sunt plures Collegiatæ, & Parochiales Ecclesiæ, quæ reguntur per omnes de Collegio hebdomadatim: in nostra tamen insigni Vimaranensi apud duos medios Canonicos, quos Capellanos vocamus, extat Parochianorum illius Collegiatæ cura; nam principaliter ea residet penes Reverendissimum Priorem, qui est verè Rector illius Ecclesiæ, sicut Episcopus sui Episcopatus. 164

Sextò inferrur, non dici beneficium Curatum, quod non habet curam perpetuam, sed tantùm ad certum tempus. Hojed. *d. cap.*3. *num.*52. *p.*1. Gonzal. *gloss.6. num.* 93. 165

Septimò infertur, Curatum beneficium non dici Prioratum per Vicarium perpetuum deserviri solitum, quia solus Vicarius perpetuus habet curam, non verò Prior. Ita Prob. *ad Monachum in cap. super eo 6. n.*17. *de præbend. lib.*6. Gonzal. *gloss.*6. *à n.*97. Et quod in dubio beneficium non censeatur Curatum, sed simplex, dixi *Alleg.* 53. *num.* 69. 166

Sæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia.

SEcularia in dubio præsumuntur omnia beneficia, nisi Regularia probentur, Rebuff. *in praxi, tit. quotuplex sit beneficium, n.*4. Hoied. *de incompatibilit. benefic. in præfat. n.*6. Petr. Gregor. *rei beneficiariæ, c.*10. *n.*12. Mascard. *de probation. concl.*172. *n.*1. Gonz. *gloss.*7. *à princip.* Zerola *in praxi Episc. c.*2. *verb. beneficium, §.*12. *&* 19. Nicol. Garc. *part.*7. *cap.*10. *n.*1. Monet. *de commutat. ult. volunt. cap.*10. *n.*21. Porrò non solùm reservat hæc regula beneficia sæcularia, sed etiam regularia quorumvis Ordinum, quia nimirum in generali reservatione beneficiorum non censentur reservata beneficia regularia, nisi specialiter exprimantur, Gaspar. de Perus. *de reservat. quæst.*4. *num.* 29. Flamin. *de resign. lib.*11. *quæst.*3. *num.*82. † Dicuntur autem regularia beneficia, de quibus in fundatione dictum fuit, ut per Religiosos regantur. Selv. *de benefic. part.*1. *quæst.*4. *num.*24. Petr. Gregor. *d. cap.*10. *n.*12. Hojed. *d. cap.*24. *num.* 92. vel illa, quæ per quadraginta annos consueta sunt regi per viros Regulares, text. *in cap. cum beneficio, de præbend. in sexto,* Rota *decis.*2. *num.*2. *de præbendis in nov.* Monet. *d. cap.* 10. *num.* 21. *in fine.* In dubio autem ad hoc, ut beneficium dicatur sæculare, vel regulare, attenditur ultimus status illius, hoc est, an vacaverit per obitum personæ regularis, vel sæcularis, Gonzalez *gloss.* 7. *num.* 23. Nam † in beneficialibus ultimus rei status inspicitur, 167 168 169

inspicitur, & maximè consideratur. Mar. Antonin. *variarum resolution. lib. 1. resol. 55. n. 6.* Gonzalez *gloss. 5. §. 2. n. 14. & §. 3. n. 18. & gloss. 45. §. 2. num. 12.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscop. Neapol. cap. 100. vers. quod si*, Anton. Monach. *Bononiens. decis. 36. num. 13. cum sequenti*, etiamsi sint beneficia Jurispatronatus, ut ex Cravet. & Roland. & Roland. dicit Marc. Anton. *d. lib. 1. resol. 80. n. 7.* & quamvis appareat de variatione, Vincent. de Franch. *decis. 81. num. 2. part. 1.* nisi constaret de contrario statu legitimo præcedente, Rota Romana apud Farin. *decis. 188. num. 1. tom. 1. part. 1. recentior.*

170 Et cùm indecorum sit, & rationi non congruat, homines disparis professionis, vel habitus Ecclesiis præficere, aut in eadem Ecclesia sociari, *Clem. 1. de elect.* ideò Religiosum unius Religionis non esse capacem beneficij Regularis alterius Religionis, docent Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. cum Regularib. à n. 2.* Navar. *commento 4. de Regular. n. 23. in princip.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 34. art. 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. n. 96. cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 29.* ubi *n. 20.* advertit nec Pontificem solitum esse concedere Regularibus gratiam assequendi beneficium alterius Ordinis, nisi transferendo illos ad id Monasterium, ad cujus collationem beneficium assequuntur, & *n. 31.* colligit integrum non esse duobus Religiosis diversorum Ordinum permutare beneficia Regularia de licentia suorum Prælatorum, & Bellam. *de permut. benefic. part. 2. quæst. 11. n. 2.* Unde etiam sæcularia beneficia sæcularibus, regularia regularibus conferri debent, *cap. cùm de beneficio, de præbendis in sexto, Clem. 1. §. sanè, de statu monachorum*, Concil. Trident. *sess. 14. de reform. cap. 10.* dé quorum jurium materia vide Rebuff. *respons. 103. & de nominat. q. 15. num. 25.* Flamin. *de resignat. lib. 4. quæst. 5. n. 2.* Navar. *cons. 3. & 9. de præbendis*, Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verb. beneficia, §. 5.* Rot. *in Ferrarien. Prioratus, 18. Aprilis 1611.* coram Atrebaten. Fr. Emman. *q. Regular. tom. 1. qq. 34. art.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 4.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 3. n. 19.* Julian. Vivian. *in praxi jurispatr. p. 2. lib. 6. cap. 2.* Massobr. *in praxi habendi concursum, pract. 7. dub. 21.* Aloys. Ricc. *in praxi aur. resol. 332. part. 4. collect. 763.* Gonzal. *gloss. 8. per totam*, Nicol. Garcia *p. 7. cap. 10. per totum*, Monet. *de comm. ultim. vol. cap. 10. n. 88.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. à num. 27.* quæ regula fallit in Episcopatu, ad quem, licèt sit in Ecclesia sæculari, potest Regularis affici, ut expressè habetur *in cap. nullus, de elect. lib. 6. & in Clement. 1. eodem tit.* Lamb. *de jurepatron. lib. 2. part. 1. q. 7. art. 19. n. 3.* Gonzal. *gloss. 7. n. 49.* Monet. *d. cap. 10. num. 90.* ubi *numeris seqq.* alias fallentias adducit.

171 Beneficia regularia non posse conferri novitiis, sed expressè professis, resolvit Nicol. Garc. *d. cap. 10. n. 4.* Posse tamen Ordinarios Collatores beneficium Regulare sæculari clerico conferre, qui habitum suscipere, & professionem emittere omninò teneatur, Abbatias tamen, & beneficia administrationem habentia nonnisi professis, juxta Canones per Ordinarios collatores conferri posse, referunt decisum Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 8. num. 77. & 78.* Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. n. 23. pag. 336.* Campan. *d. cap. 7. num. 16.* Massobr. *in sua praxi habendi concursum, prælud. 7. dub. 21. n. 9.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 4. num. 24.* & probat text. *in cap. cùm singula, §. prohibemus, de præbend. in 6.* Rota apud Post. *post tract. mandati de manutenendo, decis. 122. n. 8.* ubi *n. 9.* quod beneficia Regularia possunt auctoritate Apost. in commendam dari etiam clerico sæculari. † Defectu tamen Regularium sæcularibus conferri posse tenent Gonzal. *d. gloss. 8. num. 43.* & Garc. *d. cap. 10. num. 16.*

172

173 Equites Capellani Sacræ Religionis S. Stephani Papæ & Martyris, etsi habeant proprias Ecclesias dictæ Religioni subjectas, præsentantur ad alias Ecclesias sæculares, ex *lib. statutorum, & constitutionum dictæ Religionis*, prout refert Vivian. *d. cap. 2. n. 5.* & quod Equites hujus Militiæ beneficiorum sæcularium capaces sint, fuit decisum ex sententia Cardinalium Arigonij, Pamphilij, & Seraphinij, ut colligitur ex quodam voto, quod reperitur impressum *decis. 228. p. 1. recentissim. in posthum.* Et hoc confirmatur per quoddam decretum *Congregationis super rebus Dataria Urbis*, in quo statuitur Equites Milites sancti Stephani posse provideri de beneficiis sæcularibus, editum *die Lunæ 9. Septembris 1591.* ad instantiam Pompeij Lentuli Diaconi Tiburtini Militis S. Stephani, qui supplicaverat sibi provideri de Canonicatu S. Mariæ in via Lata Urbis, non obstante quod esset Regularis dictæ Militiæ: quod decretum sic habet. *Congregatio super rebus Datariæ censuit quod Militia S. Stephani, cum non sit propriè Religio, nec in ea emittantur tria vota substantialia, non impedit quominus Milites possint retinere beneficia sæcularia, & ita fuit decretum de anno 1579. 22. Junij in una Lucana plebis coram R. P. D. Robusterio. Posset, si S. D. N. placet, indultum dictæ possessionis sibi concedi, & eo magis, quia votū obedientiæ non videtur incompatibile cum beneficiis sæcularibus; nā Sacerdotes sunt exempti à servitio Religionis, & non Sacerdotes possunt inservire per interpositam personam, ut in const. dictæ Militiæ, cap. 9.* Habetur hoc decretum *in const. dicti Ordinis S. Stephani*, quæ fuerunt typis mandatæ Florentiæ *anno 1620.* refert Boss. *de triplici Jubilæi privilegio sect. 2. casu 19. n. 11.*

Unde decisum fuisse 10. *Novembr. 1605.* testatur 174
Nicol. Garc. *in addit. ad 1. p. sui tract. de benef. cap. 4. num. 24.* Milites Regulares Militiæ Sancti Jacobi de Spatha, aliosque hujusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia, videlicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ, non esse incapaces beneficiorum sæcularium, seu simplicium, sive curatorum, neque etiam pensionum. Quare his militibus sæcularia beneficia conferri posse tenent Gamb. *de offic. & potest. Legati de latere lib. 6. n. 269.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 3. q. 1. ad fin.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 108.* Castro Palao *in opere moral. tom. 1. tract. 13. disp. 1. punct. 3. §. 3. num. 2.*

Notandum denique est, quod etiam hæc regula 175
comprehendat regularia beneficia quorumvis Ordinum, non tamen veniunt, aut comprehenduntur Prioratus Religionis Sancti Augustini, & Sancti Dominici, & alij similes, quia perpetui non sunt, prout requiritur, ut dicantur beneficia Ecclesiastica, nec etiam dicti Fratres Mendicantes possunt habere beneficia Ecclesiastica, ut tradit Alphonsus glossator antiquus *hic, vers. ex quo sequitur.* An autem comprehendat beneficia regularia Ordinum Militarium? Vide Gonzal. *gloss. 8. num. 52. cum seqq.* Et quod comprehendat beneficia religionis S. Joannis Hierosol. fuit decisum *in Rota* apud Farin. *p. 2. tom. 2. decis. 569. in recentior.*

Qualitercumque qualificata.

AD explicationem horum verborum multa eru- 176
ditè cumulat Gonzal. *gloss. 9. per totam*, ubi in principio refert illa addita fuisse, ut moveretur omnis scrupulus, an sub generali reservatione beneficiorum venirent beneficia qualificata: nam in generali beneficiorum reservatione qualificata beneficia sæpe non includuntur, text. *in cap. licèt canon 14. junct. c. statutum, de election. in 6.* Deinde ut postquam jam expresserat regula nonnullas qualitates in specie, videlicet omnia beneficia cum cura, & sine cura; item sæcularia, & regularia, demùm universali locutione comprehenderentur omnia genera, omnesque qualitates beneficiorum, & sic includuntur omnia beneficia, cujuscun

cujuſcunque generis, & qualitatis fuerint, & ubicunque ſita fuerint, ut in verbo, *ubicunque exiſtentia*; nimirum ſita fuerint in Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, ſeu Cathedralibus, & Collegiatis, ſive fuerint beneficia diverſarum Provinciarum unita, ſive etiam fuerint beneficia patrimonialia, quæ nimirum conferri debent natis; vel oriundis illius patriæ, vel civitatis, in qua conſiſtunt, vel certo generi perſonarum, hoc eſt ipſis filiis naturalibus, & patrimonialibus. Put. *deciſ.*164. *n.*1. *&* 2. *lib.*1. Flamin. *de reſign. lib.*2. *q.*2. *num.* 16. niſi tamen indulto, ſeu privilegio conceſſo ſuper beneficiorum patrimonialium proviſione adſint tales clauſulæ, quæ vincant, & ſuperent reſervationem hujus regulæ, ut in illo Clem. VIII. ſuper beneficiis patrimonialibus diœceſis Calaguritanæ, de quo Gonzal. *gloſſ.*9. §. 1. *num.* 72.

177 Cùm dictio illa, *qualitercunque*, ſit univerſalis, & generaliſſima, & comprehendat etiam in materia odioſa majora expreſſis, *cap. ſolita, verſic. quodcunque ligaveris*, ubi Abb. *not. ult. de majorit. & obedient.* Seraphin. *Rotæ Romanæ deciſ.* 317. *n.* 3. & omnia quæ excogitari poſſunt, *l. etiam, ff. ſoluto matrimon.* Ego ipſe *in meis Remiſſ. de diction. & clauſul. d.* 352. *n.* 1. ſub hac regula dicendum eſt neceſſariò comprehendi omnes Dignitates, etiam majores poſt Pontificalem, & principales in Collegiatis, ſi jam reſervatæ non fuiſſent, ac minoris cujuſcunque qualitatis. Gonzal. *gloſſ.*9. *à n.*31. qui
178 tamen *in* §. 2. latiſſimè probat † non comprehendi ſub reſervatione hujus Regulæ Canonicatus Doctorales; & Magiſtrales, qui præſertim in Hiſpania ſunt conferendi per concurſum uni Doctori, ſeu Licentiato
179 in Jure, vel in Theologia, & *in* §.3. tenet † Beneficia conſiſtentia in Eccleſia non numerata, ubi ſcilicet non adeſt certus numerus Canonicorum, ſeu aliorum beneficiorum, ſed ſecundùm fructuum ſupercreſcentiam, vel decreſcentiam, beneficia creſcunt, ſeu decreſcunt, non includi ſub hac regula reſervatoria, ex eo quia nunquam vacant, ſed confeſtim quod titularis decedit, ſupprimuntur, expirant, & ceſſant, ac eſſe deſinunt, *cap. dilecto* 25. *verſ. præterea, de præbendis*, & citat in hanc ſententiam Gaſp. Peruſin. *in tract. de reſerv. benefic. cap.*2. *ſub num.*8. *verſ. fructus excreſcentes*, Simon. *q.*91. *n.*1. Rot. *deciſ.*771. *lib.*3. *part.*3. *diverſ. & in una Calaguritana beneficij de Genizeros*, 13. *Octobr.* 1587. coram *Illuſtriſſ. Pamphilio.*

180 Sed quid ſi in una Eccleſia unum tantùm beneficium conſiſtat, vel alicui competat collatio unius tantum beneficij, hoc unicum, & monoculare beneficium an comprehendatur in reſervatione hujus Regulæ? Cui dubio reſpondet Gonzal. *d. gloſſ.*9. §.4. illud ſub hac regula comprehendi, quia generaliter, & pleniſſimè loquitur de omnibus beneficiis qualitercumque qualificatis; nam aliàs ſequeretur, quod ferè omnia beneficia curata, quæ utplurimum ſunt ſola, & monocularia in Parochialibus, non venirent ſub reſervatione; contra verba regulæ exprimentia beneficia cum cura, & ſic ait, quod tentari poſſet, quod quando ſine veri præjudicio Dignitates majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, ſi eſſent monoculares, non comprehenderentur ſub reſervatione Regulæ 3. tamen caderent ſub reſervatione hujus regulæ.

181 Deinde idem Gonzal. *dict. gloſſ.*9. *n.*5. movet quæſtionem, an regula hæc capiat beneficia creata, & fundata poſt illius promulgationem? pluribus adductis pro parte negativa, tandem à *num.*45. affirmativam ſequitur ſententiam; nempe quod ſub hac Regula cadunt beneficia poſtmodum creata, ſive dotata, quia Regula hæc cum ſit lex generalis, ſemper reſervat, & ſemper loquitur, *l. Arriani, C. de hæret.* tum quia quando reſervatio eſt generalis, & favorabilis, non autem ſpecialis, nec pro certa perſona, ut in hoc caſu, reſervatio capit beneficia poſtea erecta, Gaſpar. Caldeirin. *in cap.*2. *num.*8. Petr. Gregor. *rei benefic. c.*17. *n.*1. Falcon. *q.*3. *in princ. n.*8. tum quia ampliſſima verba hujus Regulæ removent omnem difficultatem. Et addit idem Gonzalez *d.* §.5. *n.*49. *&* 50. talia beneficia venire ſub reſervatione hujus Regulæ, etiam in prima vacatione per novam creationem & erectionem, cujus contrarium reſolvit Nicol. Garcia *p.* 1. *n.*520. tenens hanc Regulam non procedere in ipſa prima vacatione per creationem, & erectionem, ſed in vacationibus ſuccedentibus poſt primam punitionem.

Et ubicumque exiſtentia.

PEr hæc verba ampliatur reſervatio hujus Regulæ 182
non ſolùm ad omnia beneficia qualitercumque qualificata, ſed etiam ubicunque exiſtentia, id eſt, ſive in Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, ſeu Cathedralibus, ſive aliàs, quæ tamen verba majoris declarationis gratiâ, & omnis dubitationis tollendæ causâ ſunt adjecta; nam etiam ſine eis illa comprehenderentur in reſervatione generali, & per viam legis, licèt ſecus in reſervationibus ſpecialibus pro certis perſonis, Gonzal. *gloſſ.*10. *à princ.* ubi *n.*29. quod ſupradicta verba non extenduntur ad beneficia exiſtentia in Eccleſiis non numeratis.

In ſingulis Ianuarij, Aprilis, Maij, Iulij, Auguſti, & Novembris menſibus.

EPiſcopi igitur habent ſolùm quatuor menſes, vi- 183
delicet Martium, Junium, Septembrem, & Decembrem, aliis octo remanentibus Papæ diſpoſitioni. Verumtamen ſi Epiſcopi voluerint acceptare gratiam, quæ alternativa dicitur, de qua in hac regula mentio fit, & ſuprà egimus *alleg.*53. *num.*34. *cum ſeqq.* debent illam petere à Summo Pontif. qui ſtatim illam concedit, per quam alternativam adduntur duo alij menſes, in quibus Epiſcopi poſſunt conferre beneficia, & ſic habent ſex menſes, & ſunt videlicet Februarius, April. Junius, Auguſtus, October, & December, ita noviſſimè Marcell. Vulpe *in praxi jud. fori Eccleſ. cap.*48. *n.*18. Menſium horum quilibet terminatur in media nocte ultimi diei, & ex illa media nocte in poſterum incipit menſis ordinarius, & durat uſque ad dimidiam noctem ultimi diei illius menſis, *l. more Romano, ff. de feriis, ci conſuluit* 24. *de officio deleg.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 11. *n.*7. me citato *in hoc loco*, Caſtr. Palao *d. diſp.*2. *punct.*22. §.2. *num.*1. Francolin. *in tract. de tempore Horarum canonicarum, cap.*87. *cum ſequenti.* Polyd. Ripa *de nocturno tempore, cap.*3. *à num.*17. *& cap.*158. Gonzal. *gloſſ.* 11. *n.* 10. *&* 11. advertit quod quando Epiſcopus confert aliquod beneficium vacans ad finem ſui menſis, vel in principio illius, in illa ultima nocte, quæ dat finem menſi Ordinario, & principium menſi Apoſtolico, vel è converſo, conſultè faciet ſi ante collationem faciat examinari teſtes de hora, & puncto obitus ultimi poſſeſſoris, & in ipſo collationis inſtrumento annotaverit, ut ſic evitetur controverſia, quantum poſſibile ſit, ſuper tempore vacationis, ac contingerit in menſe ordinario, vel potiùs in Apoſtolico.

Media nox erit, ubi cœpit ſonare hora duodecima 184
media noctis, etiam antequam deſinat ſonare Horologium, ſeu ante finitos pulſus illius horæ; quia cùm primus pulſus horæ ſonat, jam eſt hora expleta, Nicol. Garcia *d. cap.*1. *n.*524. Villalob. & Diana *infrà citandis locis*: faciunt quæ Sanchez *de matrim. lib.*2. *diſput.*41. *num.* 40. Stantibus pluribus horologiis, videtur hanc mediam noctem eſſe regulandum ſecundum horologium parochiæ, ſeu viciniæ, in qua defunctus obiit; aut illud per quod communiter regunturſ; ceſſante tamen fraude, aut notabili deordinatione horologij, idem Nicol. Gac. *d. cap.*1. *n.* 525.

185 Si diversa verò in Parochia, seu inter vicinos sint horologia, amplectenda est doctrina Bobadil. *in sua politica, lib.5. cap.2. n.25.* dicentis maximum faciendum esse discrimen, an res de qua agitur, favore digna sit, an odio; nam in his, quæ favoris sunt, standum erit, inquit, horologio, quod propitium fuerit causæ
186 favore dignæ: † in causa verò odiosa contrarium sequendum, & Parlad. *lib.3.quæst.9.num.*10.hoc quando duo tantum extant horologia, verissimum arbitratur: at si multa extent in oppido horologia, idem quod de testibus pronuntiandum esse putat, ut sequamur fidem illorum, quæ numero vincunt, & certiora esse solent, quàm alia, me non citato Castro Palao *d. punct.*22.§.2. *n.*1. *vers.cum.* Si horologia diversa sint, quoad jejunium, & ut sequenti die communicare quis valeat potest eligere horologium, quod sonuerit ultimo loco, quia est veluti si essent duæ rationes, vel opiniones probabiles; liceret enim utram illarum amplecti. Ita Joan.Sanch.*in select.disp.*53.*n.*3. Fagund.*in quinque Eccles.præcept.prac.*4.*lib.*1.*cap.*10. Villalob. *in sum. tom.*1. *tract.*1.*diffic.*21.*n.*7. Diana *moral resol. p.*4.*tract.*3.*resol.*19. Quicquid teneant Salas 1.2.*tom.*2. *tract.*8. *disp. unic. sect.*25. *n.* 264. Merolla *tom.* 1. *disput.*3. *cap.*3. *coroll.*11. *num.* 139.

187 In his verò locis, ubi non est horologium, vel si sit, quando probatur non esse ordinatum, seu quod audiri non potuit, aut de facto non fuit auditum, accipienda erit media nox juxta cursum noctis, arbitriúmque ac judicium hominum, & etiam à communiter accidentibus, & verosimilibus, ut ex galli cantu, tradunt Joseph.Ludov. *Perusina decis.*116.*n.*7. Polydor.Ripa *d.tract. cap.*160.*n.*5.*&* 6.*& cap.*161.*n.*3.Marcel.Vulpe *d.cap.*48. *n.*31. Et in Rota Romana *in una Aversana Parochialis*, 12. *Martij* 1562. coram *Oradino*, dicit decisum Gonzal. *gloss.* 11. *n.* 16. ex eo quia probatum fuit per testes, quod tempore obitus, galli cantabant, vacationem evenisse post mediam noctem, & *numeris sequentibus*, aliqua adducit de galli cantu, & tempore quo galli cantare solent,& tandem concludit, quod ad probandum esse jam noctem versus diem inclinatam, diémque sequentem jam cœptum, sit levis ponderis præsumptio, quæ in sono gallinaceo fundatur, cum diu, noctúque galli cantare non prætermittant, quamvis versus auroram cantare frequentius soleant, & quantum deferatur huic gallinaceo cantui, judicantis, pensatis circumstantiis, & testium rationibus, aliisque verosimilitudinibus, arbitrio relinqui putat *ad l.*3. *vers. tamen magis scire, ff. de testibus, & cap. in præsentia, de renunciat.* Dicit tamen Nicol. Garc. *d. cap.*1. *num.* 526. *in fine*, præsumptionem ex galli cantu maximè accipiendam esse ad sustinendam provisionem Ordinarij, ex quo pro Ordinario faciat Jus commune, ut *in vers.sequenti* ostenditur.

188 Si autem vacet beneficium circa mediam noctem ultimi diei mensis, itaut minimè constare possit, an fuerit finitus unus mensis, & cœptus alius, dicit Gonzal.*gloss.*11. *à num.*26. quod tali casu actor succumbet, sive fuerit provisus Apostol. sive Ordinarius,& possessor est absolvendus, ex Puteo *decis.*207. *&* 266. *lib.*3. nam cum sunt partium jura obscura, contra petitorem judicandum est, *§.retinendæ, vers.commodum, Institut. de interdictis, cap.*2.*de probation. cap.cùm partium, de regulis juris in* 6. & actore non probante, reus absolvitur, *l. qui accusare, C.de edendo*, cum similibus citatis *in libello de principiis utriusque juris, littera A, num.*30. Neutro tamen possidente, obtinebit provisus ab Ordinario, supposito quod ejus provisio sit anterior provisione Papæ, quia Ordinarius, & provisus ab eo fundat intentionem suam de Jure communi, & onus probandi reservationem ratione mensis spectat ad provisum Apostol. se fundantem in vacatione in mense Apostol. cùm hoc sit suæ intentionis fundamentum: hæc Gonzalez *dict. loco, à n.*34. Quæ resolutio in ultimo puncto non recipitur à Nicolao Garcia *d. cap.*1. *n.* 530. *cum sequentibus*, ex eo quia ubi constare non potest, in quo mense beneficium vacaverit, quamvis provisus à Papa beneficium tanquam vacans in mense Apostolico possideat, semper præsumitur pro Ordinario, & Jus commune pro eo facit,ut dictum est, ita ut ab eo provisus, habens hanc Juris præsumptionem pro se, suam intentionem fundatam habeat, & transferat onus probandi in Adversarium, etiam existentem in possessione, Mascard. *de probat. q.*17. *à n.*6. *& concl.*1227. Pacian. *eodem tract. lib.*1. *cap.* 12. Et idem Garc. *d. cap.*1. *n.*532. contrà Gonzalez *gloss.*11. *n.*34. 40. *&* 43. tenet resolutionem à se præpositam procedere non solum quando provisio Ordinarij est anterior, sed etiam quando est posterior provisione Apost.

Quærit ad hoc propositum Gonzalez *gloss.*11. *à numer.* 48. quid erit si aliquod beneficium vacet in mense ordinario, & Ordinarius non confert illud in ipso mense, sed ingresso jam mense Apostolico, an ex eo, quod vacatio duravit, ac introivit in mensem reservatum, sit dictum beneficium reservatum, necne? In qua negativam amplectitur partem, & me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. part.*1. *cap.*6. *num.*76. Ratio est, quia Regula hæc duntaxat reservat beneficia vacatura in mensibus Apostolicis, & dictum beneficium non vacavit in mense Apostol. sed ordinario: tum quia aliud est beneficium esse vacans, & aliud vacaturum; tum denique, quia sicut quando beneficium vacat in mense Apostolico, semper remanet reservatum, etiamsi cesset causa reservationis, Rot. *decis.*12. *&* 13. *de præbend. in novis*, Gomez *in reg. de infirmis resignant. q.*32.*post princip. num.* 3. sic etiam pari ratione cum beneficium vacaverit in mense ordinario, & fuerit subjectum Ordinarij dispositioni, nunquam amplius incidit in reservationem, cum correlativorum eadem sit ratio, *l. fin. ff. de acceptil. l. fin. Cod. de indicta viduit. toll.* cum citatis *in libello de principiis utriusque juris, littera C, num.* 76.

Vsque ad sua voluntatis beneplacitum.

ATque ita Regula hæc perpetua non est, sed expirat, & extinguitur morte Papæ illius conditoris, ut suprà dixi hac *allegat. num.*50. Nam reservatio facta ad beneplacitum Papæ concedentis expirat ejus morte, quia cum jam non sit in rerum natura, non potest habere beneplacitum, nec dispositionem, text. *in cap. ultim. §. fin. ne Sede vacante, lib.*6. Menoch. *de arbitr.casu* 498.*n.*3.*& lib.*4.*de præsumpt.q.*40.Navar. *consil.*2. *in antiq.* aliàs 3. *in novis, de privileg.* Caroc. *de locato, part.*2. *titul. de beneplacito*, Joan. Baptista Costa *de claus. convent. claus.*16. Cened. *post lib.practic.& canon. quæst.sing.*49. *n.* 14. Erasm.à Cochier *de Jurisdict. Ordin. in exemptos, part.*3.*q.*5. *num.*4. Sanchez *de Matrim lib.*8.*disp.*28.*n.*50.Unde † gratiam ad beneplacitum Papæ, vel Regis, morte Pontificis, vel Regis expirare probat text. *in cap. si gratiosè, de rescriptis, lib.*6. Henriq. *in sum. lib.*7. *cap.*21. *numer.*5. Valasc. *de jure emphyt. q.*34.*n.*7. Gutier. *pract. lib.*3. *q.*11.*n.*19. Gonzal. §.1. *proœm. num.*9. *cum sequentibus*, Bernard.Grævæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.*2.*conclus.*60.*cons.*3.*n.*2. Si verò fieret reservatio dispositionis Sedis Apostolicæ, tunc non extingueretur per mortem Papæ, quia Sedes Apostolica nunquam deficit, *d. cap.si gratiosè*, Menoch. *d. lib.*4. *q.*121. *num.*3. & latissimè pro declaratione prædictorum verborum agit Gonzal. *gloss.* 12. ubi multa circa ea de more suo cumulat. Unde † cùm reservatio hujus Regulæ personalis sit, & cum conditione expiret, Sede Apostolica vacante omnes menses sunt Ordinarij,& tunc Episcopi possunt providere de beneficiis vacantibus in quolibet mense, Anastas. Germon. *de indultis Cardin. §. quod tamen,*

*tamen, num.*99.& 100. Zerola *in praxi Episcop. p.*2. *verb. beneficium*, §.2. Flores de Mena *var. lib.*1. *q.*4. *num.*51. Gonzal. §.5. *proœm. à num.*46. qui *n.*53. ait, quod non solum erunt omnes menses ordinarij ante assumptionem novi Papæ, sed etiam antequam faciat regulas Cancellariæ.

Extra Romanam Curiam.

193 NAm beneficia in Curia consistentia, ibidémque vacantia, non cadunt sub hac reservatione, cùm Jure communi illorum collatio spectet ad Papam, uti Episcopum Romanum, in quocunque mense vacent, Gom. *ad reg. de annali, quæst.*3. *num.*18. & tetigi suprà hac *allegat. num.*133. Nec etiam beneficia vacantia in Romana Curia, de quibus suprà à *num.*19. non includuntur in reservatione hujus Regulæ, cùm per eam solùm reserventur beneficia extra Romanam Curiam vacantia, nec beneficia illa in Romana Curia vacantia egent reservatione hujus Regulæ, quia semper, & quocunque mense vacent, sunt reservata principaliori, & potentiori, fortiorique reservatione in corpore juris clausa *in cap.*2. *de præbend. in* 6.

Aliàs quàm per resignationem.

194 PEr hæc verba excipiuntur vacationes per resignationem, & sic beneficia, quæ vacaverint in quocumque mense anni ex causa resignationis in manibus Ordinarij factæ, non erunt reservata, nec inclusa in reservatione hujus Regulæ, Gonzalez *gloss.*14. *à princip.* Nicol. Garcia *d. cap.*1. *à n.*542. & vide quæ dixi infrà *alleg.* 69.

Quocumque modo vacatura.

195 SUb reservatione hujus regulæ includuntur omnes modi vacationis, excepta vacatione in Curia, & per resignationem, qui etiam non appositis his verbis comprehenderentur, Æn. Falcon. *de reserv. q.*1. *princip. sub n.*2. *vers. vacatura*, Gonzal. *gloss.*15. *à princip.* Nicol. Garc. *d. part.*5. *cap.*1. *n.*547. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d puncto* 22. §.3. *num.*4. Procedit Regula hæc non solùm in vacatione de jure, & de facto, sed etiam in vacatione de jure tantùm, aut de facto
196 tantùm, Gonzal. *gloss.*13. §.1. † Non habet tamen locum quoties beneficium vacat per habentem tantùm jus ad rem, Gonzal. *gloss.*15. §.2. Nicol. Garc. *d. cap.*1.
197 *n.*549. † veluti per mortem electi, vel præsentati ad aliquod beneficium, ex qua electione, vel præsentatione fuit quæsitum jus ad rem, Falcon. *de reserv. q.*4. *princip. effectu* 47. *num.*5. & 9. Flamin. *de resignat. lib.*7. *quæst.*1. *à num.*78. & *lib.*2. *quæst.*23. & ideo cùm per eam non acquiratur jus perfectum, non dicitur plenum beneficium, nec extincta prima vacatio, sed adhuc vacat beneficium, ut prius, & ideo beneficium non vacat per obitum electi, vel præsentati, gloss. *verb.*
198 *collatio, in cap. penult. de præbendis, lib.*6. † Si verò vacet per obitum habentis jus in re ad beneficium (quale acquiritur per collationem, etiam ante adeptam possessionem, *cap. si tibi absenti, de præbendis, lib.*6. Covar. *lib.*3. *variar. cap.*16. *num.*3. & 5. Flamin. *de resignat. lib.*2. *q.*16. *n.*2. & *lib.*10. *q.*6. *n.*2. & 55. & *q.*8. *n.*5. Molin. *de justitia, tract.*2. *disp.*2. *vers. dixi superius, & disp.*3. *in fine*, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*5. *collect.*1658. Gonzal. *gloss.*15. §.2. *num.*31. ubi *num.*32. ampliat procedere, quamvis litteræ non sint expeditæ, cum per solam supplicationem signatam à Papa sit gratia perfecta, dummodò sit registrata, & parti tradita; nam antea non dicitur aliquod jus considerabile quæsiutm, & de facili potest talis supplicatio signata lacerari, Rot. *decis.*791. *num.*5. *part.*1. *divers.* Flamin. *de resignat. lib.*8. *quæst.*8. *num.*186.) cessat reservatio, ita ut si talis decedat extra Curiam in mense ordinario, dicatur per illum beneficium vacare, ut possit Ordinarius de illo disponere, Flamin. *quæst.* 8. *num.*2. Put. *decis.* 146. *lib.* 2. Gonzal. *gloss.* 15. §.2. *num.*34. Est ergo necessaria acceptatio collationis factæ absenti, cum ante illam acquirat tantum in beneficio jus ad rem, Gonzal. *gloss.*26. *num.* 14. & non dicatur beneficium vacare per eum, cui facta fuit in absentia collatio ante acceptationem, Gonzal. *gloss.*15. §.2. *num.* 6.

Quoniam autem vacationes de Jure permultæ sunt, & sparsim per Canonum, & Doctorum volumina leguntur, compendio illas perstringam, lectorem remittens ad Gonzal. *gloss.* 15. & Nicol. Garciam *part.*11. *cap.*2. *cum sequentibus*, qui duo insignes Viri in materia Beneficiali clarum lumen nobis præbuerunt, eámque doctissimè & plenissimè tractarunt, itaut nihil amplius desiderari possit.

Primus igitur vacationis modus est per obitum, & 199
mortem naturalem, *cap. susceptum. de rescriptis in* 6, Petr. Greg. *rei beneficiaria, cap.*3. *à n.* 1. Massobr. *in praxi habendi cõcursum, requis.*1. *dub.*2. *n.*2. secundùm Romanam impress. latè Lotter. *de re benef. lib.*3. *q.*10. Pavin. *de officio, & potestate Capituli Sede vacante, prælud.*7. *num.* 4. ubi dicit, quod ita vacat per mortem beneficium, quod si miraculosè resurgeret, non recuperaret illud, Gonzal. *gloss.* 15. *à num.* 3. Nicol. Garcia *part.*11. *cap.*2. *num.* 1. *cum sequentibus*, qui hoc limitant ubi beneficium suppressum esset ab habente potestatem, vel quando est unicum, vel de mensa, vel Ecclesia non est numerata.

Secundò vacat beneficium per renunciationem, seu 200
resignationem, ut *toto tit. de renunciat.* per quam amittitur omne jus in beneficio competens, proprietas, titulus, & possessio, Flamin. *de resign. lib.* 1. *q.*5. *à num.* 15. Gonzal. *gloss.*15. *à num.*8. Lotter. *dict. lib.*3. *q.*14. Nicol. Garc. *part.*21. *cap.*3. *à num.* 1. ubi *num.* 3. id verum dicit, etiamsi ex causa permutationis facta sit renunciatio.

Tertiò vacat beneficium ipso jure per assecutionem 201
alterius beneficij incompatibilis, *cap. de multa, de præbend. cap. quia nonnulli, de clericis non resident. Extravag. execrabilis*, §. *qui verò, de præbend.* Concil. Trident. *sess.*7. *cap.*4. Gonzal. *gloss.*15. *à num.*9. Nicol. Garcia *part.*11. *cap.*5. *à principio.* Massobr. *d. requis.*1. *dub.*2. *num.*4. *cum seqq.* secundùm Romanam impress. latè Lotter. *d. lib.*3. *q.*23. *per tot.* In quo notent juniores, quod licèt *d. cap. multa*, quo statuitur primum beneficium Curatum ipso jure vacare per assecutionem secundi, & si utrumque retinere contendat, privari etiam secundo per sententiam, non autem ipso jure, tametsi *d. Extravag. execrabilis*, §. *qui verò*, etiam secundo ipso jure privetur, loquatur de beneficiis Curatis, & Dignitatibus, tamen per Concil. Trident. *sess.*24. *cap.* 17. extenditur dicta incompatibilitas (si tamen ultra sex menses retinuerint) ad duos Canonicatus, vel unum cum Parochiali, vel portiones in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, ut censuit *Sacra Congregat.* Quædam enim est incompatibilitas illorum beneficiorum, quæ simul teneri non possunt, & quorum primum vacat ipso jure per assecutionem secundi, qualia sunt illa, de quibus *in d. cap. de multa, & in d. Extravag. Execrabilis, & in cap. litteras, de concess. prebenda, & Clement. fin. de præbendis.* Alia incompatibilitas est quoad retentionem tantùm, scilicet beneficiorum, quæ simul licitè retineri non possunt, licèt non vacet primum ipso jure per assecutionem secundi, ut in Parochiali cum Canonicatu, & duobus simplicibus residentiam requirentibus, Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. ratione ætatis, verb. incompatibilia*, Nicol. Garcia *d. part.*11. *cap.*5. *n.*67. Quoad incompatibilitatem primi generis vacatio inducitur ipso jure per assecutionem pacificam

pacificam secundi incompatibilis, non solùm de facto, sed etiam de jure, id est, non litigiosè, sed absque controversia juris, & facti, Mascard. *conclus.* 183. *n.*40. Anton.Fab. *definit.forens. tit.*2. *definit.*31. Mandos. *ad reg. triennali, q.*53. *& in reg.*34. *q.*26. Item pacifica possessio secundi intelligenda est, non de possessione sterili, sed fructuum, vel majoris partis eorum, ut tradunt Doctores per text. *ibi in cap. si tibi concesso, de præb.in* 6. Less. *de justit.lib.*3.*c.*34.*dub.*27. *num.*141. Nicol. Garcia *d. part.*11. *cap.*6.*n.*123. cùm omnis possessionis effectus consistat in perceptione fructuum, *l. bonę fidei* 48. *ff. de acquir. posses.* & fuit dictum in Rota coram *D. Buratto anno* 1615. *die* 13. *Martij*, beneficium primum non censeri vacare per assecutionem secundi, nisi dicti secundi beneficij possessio pacificè habita fuerit per duos menses. Quoad beneficia simplicia, quando incompatibilia sint, & non possint retineri, dicam infrà *alleg.*62.

202 *Quartò* per contractum Matrimonij per verba de præsenti vacat beneficium, etiam non sequuta copula, *cap.*1. *&* 3. *de clericis conjug. cap.* 1. *eodem tit. lib.*6. Clar. *§. fin. q.*73. *num.* 5. *vers. clericus beneficiatus*, Bonacos. *commun.crimin. p.*1. *verb. clericus, fol.* 27. *verso*, Petr. Gregor. *rei beneficiariæ, cap.*25.*n.*4. Mascard. *de prob. concl.* 182. Perez *l.*1. *versic. item quia, tit.*1. *lib* 5. *Ordinam.* Matiens. *in rubr.tit.*1.*gloss.*1.*n.*158. *& leg.*7.*gloss.*12.*num.*2.*tit.*8.*lib.*5.*novę recopil.* Flamin. *de resignat.lib.*1.*q.*1.*num.*12. Cevall *commun.contra commun. q.* 147. Sayr. *de censur. lib.*6. *cap.*5. *n.*10. *& seq.* Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*7. *cap.*16. *q.*4. *cum seq.* Sanch. *de Matrimon. lib.*7.*disp.*42.*à num.*4. Gonzal. *gloss.*15. *num.*43. Nicol.Garc. *p.*11. *cap.*8. *à principio*, Cald.Pereira *de potestate eligendi, cap.*5.*n.*14. Farinac. *fragment. criminal. part.*1. *littera C, verb. clericus, à num.* 325. Aloys. Rice. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 240. *num.*3. *in prima edit.* aliàs *resol.* 321. *in secunda edit.* Less. *de justit.lib.*2.*cap.*44.*dub.*21. Valer.Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*30. *tract.*3.*num.*322. *& seq.* Gutier. *de Matrim. cap.*97. *num.* 1. Molfes. *in summ. moralis Theologię, tract.*6. *cap.*12.*num.*13. Massobr. *d. reg.*1.*dub.*2.*n.*7. Lotter. *d.lib.*3.*q.*26.*n.*61.*cum seqq.* me citato *in hoc loco*, Escobar. *de puritate probanda, p.*1. *q.*4. §.7. *n.* 55. novissimè Trasmiera *lib.*2. *de polygamia, q.*4. *à n.*20. Et ita † vacat beneficium per matrimonium, ut eo jam contracto resignari non possit in favorem tertij, Flamin. *lib.*3.*q.*1.*n.*28. Ceval. *d.q.*147. *num.*6. Gutier. *d. cap.*97. *num.* 7.

204 Amplia *primò* procedere etiamsi uxor non consummato matrimonio Religionem ingrederetur. Covar. *de sponsal.part.*1.*cap.*6.§.7.*num.*6. Sayr. *d.cap.*5.*n.*14. Sanch. *d.disp.*42. *n.*6. Farinac. *d.litt.C, n.*329. Nicol. Garcia *d. cap.*8. *num.*3.

205 Amplia *secundò*, ut per matrimonium amittat clericus etiam accessus, & regressus, ac alia jura ad beneficium competentia, Clar. *d. q.*73. *num*5. Flamin. *d. q.*1. *num.* 14. Cevall. *d. q.*147. *n.* 2. Farinac. *d. litt. C, num.*330. Nicol. Garc. *d.cap.*8. *n.*2. Gutier. *d. cap.*97. *num.*4. Lotter. *d. q.*26. *num.*69.

206 Amplia *tertiò*, quod etiam per contractum matrimonium amittitur pensio Ecclesiastica, Covar. *d.* §.3. *cap.ultim.* me citato *in hoc loco*, Castro Palao *in opere mor. tom.*2. *tract.*13. *disp.*2. *puncto* 11. §.10. *num.* 3. Navar. *in tract.de orat.c.*21.*n.*53. Salzed. *ad Bernard. cap.*80.*littera E, vers. emittit*, Flamin. *d. lib.*1. *q.*1. *n.*15. *& lib.*6. *q.*2. *n.*115. Cevall. *d.q.*147. *n.*7. Sanch. *d. lib.*7. *q.*44. Farinac. *d. littera C, num.*331. Lotter. *d. q.*26. *n.*67. Rota *in Barcinon. pensionis*, 16. *Januarij* 1612. coram *Cardin. Cavalerio*, impressa per Marchesan. *de commis. part.*1. §.2. *pag.* 628. ubi declarat pensionem non extingui lata sententia pro Matrimonij validitate, quando est per appellationem & restitutionem in integrum suspensa.

Amplia *quartò* in clerico non solùm in sacris, sed etiam in minoribus Ordinibus constituto, ut per Bonacos. *tom.*1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 12. Farin. *d. verb. clericus, num.* 327.

Amplia *quintò*, ut etiam per matrimonium irritum 207
ob consanguinitatem, vel aliud impedimentum dirimens, amittat beneficium ipso jure is, qui solis minoribus Ordinibus est initiatus, Tiraquell. *de retract. lign.* §.26. *gloss.*2.*n.*9. Hippolit. *cons.*70.*n.*16. Gregor. *lib.*1. *verb. el beneficio, tit.*6. *part.*1. Bonacos. *d. tit.*7. *num.* 12. *&* 13. *& tom.*2. *lib.*9. *tit.*7. *num.* 3. *vers. & ista communis*, Flamin. *d. q.*1. *n.*12. Gonzal. *gloss.* 5. *n.*44. *& gloss.*57.*n.*44. Sanch. *lib.*3.*disp.*3.*n.*3. *& lib.*7. *disp.*43.*n.*5. Francisc.Molin. *de ritu nuptiar.lib.*1.*comparat.*19.*n.*147. Nicol.Garcia *d.cap.*8.*n.*4.*cum sequentibus*, ubi *n.* 8. resolvit, quod talis Beneficiatus contrahens matrimonium in gradu prohibito ignoranter, bona fide, & cum debita solemnitate, non amittit beneficium ipso jure: & *n.* 10. asserit beneficium non perdi per matrimonium nullum ex defectu consensus ipsius clerici, ut quia non erat sanæ mentis, vel fuit vi, aut metu coactus: quem refert, & sequitur Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.*7.*dub.*33. ubi *dub.*34. cum Garc. *citato loco, à n.*13. tenet contrahentem matrimonium sine Parocho, aut testibus non perdere ipso facto Beneficium: & idem Garc. *d. loco, num.* 17. dicit quod beneficiatus in Sacris constitutus matrimonium contrahens de facto, indistinctè non perdit ipso facto beneficium, cum sit omnino inhabilis ad matrimonium, sed illis est privandus per sententiam judicis.

Quintò vacat ipso jure beneficium per ingressum Re- 208
ligionis professione sequuta, & non antea *cap. beneficium, de Regular. lib.*6. Henriq. *in summa, part.*2. *lib.*12.*cap.*5. §.4. *in comment. littera X*, Flamin. *de resignat. lib.*5. *q.*6. *num.*164. *cum seqq. & l.*7. *q.*14.*n.*28. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. implorare, numer.*27. Sanch. *de Matrim. lib.*9.*disp.*35.*n.*19. Gonzal. *gloss.*15. *num.* 45. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.*37.*art.*1. Sayr. *in clavi regia, lib.*6.*cap.*5.*num.*25. Nicol.Garc. *part.*11.*cap.*9. *à principio*, Massobr. *d. requis.*1. *dub.*2. *num.*9. Molfes. *in summa moralis Theologiæ, tract.*6. *cap.*12. *n.*18. latè Lotter. *d. lib.*3. *q.*26. *ex num.* 9. Patribus tamen Societatis Jesu expressè concedi à Gregor. XIII. *in sua Constit.* incip. *Quanto fructosius, Kalend. Februar.*1582. & in alia *Ascendente Domino, Kalend. Junij* 1584. ut qui emiserint tria vota simplicia, possint retinere beneficia, pensiones, jus, & dominium bonorum suorum, ad effectum ea distribuendi in pios usus, ne postea dimissis eis privati remanerent, refert Rot. *in Caput. pensionis* 18. *Aprilis* 1616. coram *Martino Andrea.*

Sextò per non promotionem ejus intra annum, qui 209
assequutus est Ecclesiam Parochialem; elapso enim anno, nisi initietur Sacerdotio, vacat dicta Ecclesia ipso jure, *cap. licèt canon, de elect. lib. sextò*, latè Flamin. *lib.*3. *quæst.*1. plena manu Rebuff. *in praxi, tit.de non promotis infra annum, per totum*, † beneficium 210
enim Curatum obligat ad promotionem Sacerdotij spatio unius anni, Zerola *in praxi Episcop. p.*1. *verb. beneficia, vers. dico quartò principaliter*, Spin. *in speculo testam.gloss.*4.*princip.n.*65. Cened. *ad Sextum, collect.*30. *n.*1. Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*6. *cap.*8.*q.*2. ubi *q.*3. tenet pœnam dicti *cap.licèt canon*, de jure locum non habere in Decanis, Præpositis, Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris curam animarum quidem, sed non parochialem Ecclesiam habentibus, & *q.* 4. quod etiam non afficit eos, qui præficiuntur Ecclesiis collegiatis, quæ aliàs parochiales quoque sunt, & *q.* 9. quod etiam illius text. dispositio non habet locum in illo, qui Ecclesiæ parochiali habitu tantum, & non actu parochianos habenti præficitur, quod etiam repetit eadem *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *q.* 14. *vers. quæstio dubia est.*

Septimò

211 *Septimò* per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam vacat prima, litteris tamen expeditis, & ostensis Capitulo, *cap. in apibus, §. translatis, 7. q. 1. cap. quanto, de translat. Episcop.* Flamin. *lib. 7. q. 21. n. 14. & q. 23. n. 47.* Gonzal. *gloss. 15. n. 48. & 49.* Massobr. *d. requis. dub. 2. num. 10.*

212 *Octavò*, si electus intra mensem à tempore electionis ei præsentatæ, vel à tempore sibi præstito non consenserit electioni; nam tunc vacat prælatura, *cap. quàm sit, §. electus verò, de election. lib. 6. Extravagant. si religiosus, eodem tit. inter communes,* Gonzalez *gloss. 15. num. 50.* Massobr. *d. dub. 2. num. 11.*

213 *Nonò*, si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum non petierit confirmationem; nam ipso facto privatur jure sibi per electionem quæsito, *d. cap. quàm sit, §. cæterùm*, Petr. Gregor. *rei beneficiariæ, cap. 25. num. 12.* Gonzalez *gloss. 15. n. 15.*

214 *Decimò*, quando electus, vel præsentatus ante confirmationem, vel institutionem, per se, vel per alium se injecerit, vel administraverit; nam eo ipso privatur jure sibi quæsito, & beneficium vacat ut prius, text. *in cap. avaritia 3. de elect. lib. 6.* Gonzal. *gloss. 15. numer. 52.* Massobr. *d. dub. 2. n. 13.* & procedit in præsentatione, Flamin. *de resignat. lib. 12. q. 3. n. 26.* Et per præstationem obedientiæ dicitur quis administrasse, & incidisse in pœnam illius text. Put. *decis. 45. part. 3.* non procedit tamen in eo, qui ante electionem aliquid fecit. Card. Tusch. *tom. 1. littera C, conclus. 44. num. 22.* Advertit Gonzal. *ubi proximè*, quod isti tres modi vacationis, videlicet octavus, nonus, & decimus, sunt improprij, quia per electum non dicitur vacare beneficium, sed semper durat prima vacatio, ex quo collatio non adest, ut suprà dictum est.

215 *Undecimò* vacat beneficium ipso jure per promotionem ad Episcopatum post adeptionem possessionis, & consecrationem sequutam, vel postquam præfixum tempus ad consecrationem petendam lapsum fuerit, juxta text. *in cap. cùm in cunctis, §. cùm verò, de elect.* Lotter. *d. lib. 3. q. 26. num. 50.* dixi suprà hac *alleg. num. 76. cum seqq.*

216 *Duodecimò*, vacat ipso jure beneficium per militiam sæcularem, gloss. *verb. redierint, in cap. ultim. de clericis non residentibus,* Flamin. *lib. 1. q. 1. n. 22.* Anton. Fab. *lib. 1. definit. forens. tit. 3. definit. 25.* Gonzal. *gloss. 15. n. 54.* Farinac. *fragment. criminal. part. 7. littera C, n. 183.* Massob. *d. requis. 1. dub. 2. n. 15.* Lotter. *d. q. 26. à n. 84.* me citato, *in hoc loco,* Ciarlin. *controvers. forens. 36. n. 43.* nam Ecclesia pro derelicta habetur eo ipso, quod beneficiarius fit miles, ita ut Ordinarius jure possit illam alteri concedere, ut dicit Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 15. in princip.*

217 *Decimotertiò*, vacat ipso jure non solùm beneficium, sed etiam pensio illius, qui Tonsuram, & habitum clericalem, vestes scilicet talares, non assumit, vel jugiter non defert, per Constitut. Sixti Quinti, incip. *Cùm sacrosanctum, sub quinto Idus Januarij* 1588. Gonzal. *gloss. 15 n. 56.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 17. q. 1. vers. decimumquartum crimin.* Lotter. *d. lib. 3. q. 26. ex n. 90.* ubi *num. 95.* subdit quod ad istum effectum ita est instituenda probatio, ut concludat ad adjectionem, & quodammodo ad despectum Ordinis clericalis permissum, videlicet in habitu laïcali in locis publicis, & populo frequentibus, ac sine rationabili causa, ut ferè explicatur *in Clem. 2. in princ. de vita & hon. cleric.*

218 *Decimoquartò*, vacat ipso jure beneficium per electionis cassationem, *cap. consideravimus 10. cap. super eo 12. cum similibus, de elect.* Gonzal. *gloss. 15. n. 56.*

219 *Decimoquintò*, per postulationem, vel repulsionem, *cap. 2. & 3. de postulat. Præl. Extravag. ex debito, §. hujusmodi, de elect.* quanquam hi duo modi propriè dici non possunt modi vacationum, ut ostendit Gonzal. *gloss. 15. num. 52. in fine.*

220 *Decimosextò* per violentam ingressionem in possessionem beneficij perdit quis eo ipso jus, quod ad illud habebat, & vacat, ipso jure, *cap. cum qui, 17. de præbend. lib. 6.* Covarruv. *lib. 3. variar. cap. 16. n. 6.* Rebuff. *de pacificis possessor. num. 231. cum seqq.* Menoch. *remed. 9. recuper. n. 306.* Zerola *in praxi Episcop. p. 2. verb. possessio beneficij, §. 2.* Gonzal. *gloss. 15. n. 58. & gloss. 17. n. 46.* Less. *de Justit. l. 2. cap. 34. dub. 34. n. 187.* Farinac. *in praxi criminal. part. 4. decis. 66. num. 1. cum seqq. & part. 6. q. 175. à num. 64.* Massobr. *d. dub. 2. num. 18.* latè Lotter. *d. lib. 3. q. 22. per tot.*

221 *Decimoseptimò* per violationem sequestri impositi vigore sententiæ definitivæ in Romana Curia prolatæ in causa beneficiali, *Clement. 1. de sequestrat. possessionis, & proprietatis,* Mohed. *decis. 2. de sequest. possessionis, & fructuum,* Perez *l. 1. vers. quærere oportet, tit. 10. lib. 3. Ordinam. pag. 661.* Gonzal. *§. 7. proœm. n. 45. & 46. & gloss. 15. n. 59.* Procedit in sententia lata super quocumque beneficio Ecclesiastico, sive illud simplex, sive curatum sit, sive dignitas, sive personatus, sive etiam pensio perpetua, quæ conceditur in titulum Ecclesiastici beneficij; hæc enim omnia appellatione beneficij continentur in terminis illius text. Marescot. *variar. lib. 2. cap. 77. n. 20. & 39.* Ita ut beneficium quod vacat per violationem sequestri, impetrari possit per quemcunque sub generali clausula, vel alio quovis modo, Mohed. *d. decis. 2.* quem referunt Gonzal. *d. gloss. 15. n. 59. in fine*, Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 1. collectan. 223. in fine.*

Limita *primò*, quando sententia non esset lata super petitorio vel possessorio; secus tamen si sit prolata in causa attentatorum, Puteus *decis. 33. & decis. 45. l. 2.* Lancellot. *de attentatis, p. 3. cap. 28. n. 143.* Gonzal. *gloss. 15. num. 60.* Aloys. Ricc. *d. collect. 223. vers. limita.*

Secundò limita, ut iste text. non procedat, quando sequestrum non est appositum principaliter super beneficio, sed super membro, vel re ipsius, Caputaq. *decis. 153. p. 3.* quem refert Aloys. Ricc. *d collect. 231. vers. limita secundò.*

Tertiò limita, ut hoc sequestrum cesset, si beneficium fuerit per triennium, & pacificè possessum, ut ille text. habet, Marescot. *d. cap. 77. à n. 35.* Cald. Pereira *qq. forens. lib. 1. q. 21. n. 54.* Gonzal. *§. 7. proœm. num. 72.* & tunc non est necesse quod immediatè quis triennio possederit, sed sufficit quod semel per triennium continuè possederit, Caputaq. *decis. 159. part. 3.* quem refert Aloys. Ricc. *d. collect. 223. prope finem.*

222 *Decimooctavò*, Vacat ipso jure beneficium per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario, postquam beneficiatus monitus fuerit, *cap. Ordinarij, §. quod si fortè, ubi gloss. verb. eo ipso, de officio Ordinarij, lib. 6.* qui text. renovatur à Concil. Trid. *sess. 7. cap. 5.* Gonzal. *d. gloss. 15. n. 62.* Massobr. *d. dub. 2. num. 23.* † Possessor enim etiam pacificus tenetur 223
probare, & ostendere titulum, cùm Superior ex officio inquirit. Mascard. de *probat. concl. 1372. à n. 18.* Covarr. *in reg. possessor. p. 2. §. 10. n. 9. col. 2.* Flamin. *de resignat. lib. 11. q. 14. num. 35. cum seqq.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Bullæ, §. 5.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 889.* & † etiam Ordinarius 224
potest, non obstante regula de triennali, possessorem compellere ad ostendendam dispensationem, Flor. de Mena *variar. lib. 3. q. 23. num. 61. cum sequentibus*; † 225
non acquiruntur enim præscriptione beneficiorum Ecclesiasticorum tituli, Caldas Pereira *de renovat. emphyt. q. 15. num. 22.* An, & per quod tempus possit Episcopus compellere beneficiatos, ut ostendant suorum beneficiorum titulos? Vide per citatos à Cened. *ad Sextum, collect. 18. num. 2.*

226 *Decimononò* vacat ipso jure beneficium per alienationem rerum Ecclesiæ, sive ipsius beneficij, sine solemnitate, *in Extravag. ambitiosa, §. inferiores verò,*

de

de rebus Ecclesiæ non alienan. inter communes, Petr. Greg. *rei beneficiariæ*, *cap.* 25. *num.* 16. Massobr. *d. dub.* 2. *n.* 24. *secundum Romanam impress.* Gonzal. *d. gloss.* 15. *num.* 63. latè Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 25.

227 *Vigesimò.* Vacat beneficium si habeatur pro derelicto, *cap. ex parte* 8. ubi Abb. *num.* 2. *de clericis non residentibus*, Pavin. *de officio, & potestate Capituli Sede vacante*, *prælud.* 7. *num* 72. *vers. septima si habeatur pro derelicto*, Flamin. *lib.* 1. *q.* 15. *n.* 21. Massobr. *d. dub.* 2. *num.* 25. Gonzal. *gloss.* 15. *n.* 64. latè Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 26. *ex num.* 1.

228 *Vigesimoprimò.* Vacat ipso jure beneficium propter crimen hæresis, *cap. ad abolendam*, §. 1. ibi, *sit omni beneficio spoliatus*, ubi gloss. *de hæretic.* Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 8. *num.* 4. *& seq.* Massobr. *d. dub.* 2. *n.* 26. Azor. *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *in princip.* Flamin. *lib.* 3. *q.* 1. *num.* 31. *& seq.* Gonzal. *gloss.* 15. *n.* 65. Petr. Ledesm. *in summ. p.* 1. *tract.* 1. *cap.* 4. *conclus.* 14. plures quos refert, & sequitur Garcia *d. part.* 11. *cap.* 10. *numer.* 60. *cum sequentibus.* Quibus adde Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 5. Farinac. *de hæresi q.* 149. *num.* 77. Ricc. *de jure person. extra gremium Eccles. exist. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 9. latissimè Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 28. Sed contrarium de Juris rigore verius dixi suprà hac *alleg. num.* 37. *&* 38. nam in Juribus, quibus hæc pœna statuitur, non inveniuntur verba significantia privationem, & sententiam ipso jure latam, ut *in cap. ad abolendam, & in cap. excommunicamus*, §. *credentes, eodem tit.* Unde hanc contrariam sententiam tuentur Alphonsus à Castro *lib.* 2. *de justa hæreticorum punit. cap.* 9. Simanch. *de Catholic. institut. cap.* 46. *num.* 72. Aragon. 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 3. *vers. secunda pœna*, Candelabr. aureum *in appendice*, *cap.* 1. *num.* 15. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. privatio*,

229 *in princ.* Sic † etiam filios, aut nepotes hæreticorum non esse privatos, nec privandos beneficiis etiam antea obtentis, tenent Abb. & Felin. *in cap. vergentis*, *num.* 3. *de hæreticis*, Rebuff. *in praxi*, *tit. de modis amittendi beneficia*, *num.* 25. Covarr. *d. cap.* 8. *num.* 4. Rota *decis.* 87. *&* 90. apud Farin. *tom.* 2. *consil.* Peña *in comment. ad director. Inquisitor. comment.* 163. Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 45. *sect.* 3. *num.* 2. & videtur tenere Flamin. *lib.* 3. *q.* 1. *n.* 34. *&* 35. sequuntur Ricc. *d. lib.* 5. *cap.* 29. *num.* 4. Quamvis contrarium velint post plures à se citatos Gonzal. *gloss.* 15. *num.* 67. Farin. *de hæresi*, *q.* 191. *num.* 44. *&* 45. Nicol. Garcia *d. p.* 16. *cap.* 10. *à num.* 72. Quod etiam vacant ipso jure beneficia per adhæsionem hæreticis, asserunt Gonzal. *d. gloss.* 15. *num.* 92. Massobr. *d. dub.* 2. *num.* 27. ubi *num.* 28. idem dicit per adhæsionem Antipapæ, *& num.* 50. idem per filiationem hæreticorum.

230 *Vigesimosecundò.* Vacant ipso jure beneficia, quæ fuerunt obtenta per preces hæreticorum, *cap.* 2. §. *ad hæc, de hæreticis*, *lib.* 6. Gonzal. *gloss.* 15. *num.* 68. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 23. *q.* 8. *vers. octava pœna.*

231 *Vigesimotertiò.* Vacat ipso jure beneficium per crimen realis simoniæ commissæ, ut disponitur *in Extravag. cùm detestabile, de simonia inter commun.* Menoch. *remed.* 1. *recuper. num.* 135. *& n.* 336. *& remed.* 5. *n.* 68. *& cons.* 67. *n.* 4. Covarr. *in reg. peccatum*, *p.* 2. §. 8. *num.* 4. Flamin. *lib.* 7. *q.* 2. *num.* 12. Gonzal. & plures ab eo citati *d. gloss.* 15. *num.* 69. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 6. *cap.* 41. Massobr. *d. dub.* 2. *num.* 26. Farinac. *in praxi crimin. part.* 7. *in fragment. littera C*, *num.* 299.

232 latè Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 29. *per tot.* † Sola autem conventionalis inhabilem reddit ad obtinenda, non autem inducit vacationem obtentorum ipso jure, Put. *decis.* 80. *lib.* 2. Achil. de Grassis *decis.* 2. *de simonia*, Gutier. *canonic. cap... lib.* 9. *à princ.* Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *q.* 1. *vers. nonum*, Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 37. §. 3. *litt. X*, Suar. *de Relig. tract. de simon. lib.* 4. *cap.* 53. *& cap.* 55. *n.* 4. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 2. *art.* 13.

Vigesimoquartò. Vacat beneficium ipso jure per crimen læsæ majestatis, ut tenent Rebuff. *in praxi*, *tit. de modis amittendi beneficia*, *n.* 32. Gonzal. *gloss.* 15. *num.* 72. Massobr. *d. dub.* 2. *n.* 30. latè Lotter. *d. l.* 3. *q.* 30. *per tot.* 233

Vigesimoquintò. Vacat ipso jure beneficium propter crimen falsitatis litterarum Apostolicarum, *cap. ad falsariorum*, *de crimine falsi*, Petr. Gregor. *rei beneficiariæ*, *cap.* 26. *num.* 12. Gonzal. *gloss.* 15. *n.* 33. Nicol. Garcia *part.* 11. *cap.* 10. *num.* 170. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *q.* 1. *vers. quintum crimen*, Massobr. *d. dub.* 2. *num.* 31. Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 30. *n.* 90. *cum seqq.* 234

Vigesimosextò vacant ipso jure beneficia percutientis Cardinalem, *cap. felicis*, §. *si qua verò*, *de pœnis*, *lib.* 6. Rebuff. *in praxi*, *tit. de modis amittendi beneficia*, *num.* 38. Gonzal. *gloss.* 15. *num.* 73. Nicolaus Garcia *part.* 11. *cap.* 10. *num.* 55. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *q.* 1. *vers. tertium*, Massobr. *d. dub*, 2. *n.* 2. Lotter. *d. lib.* 30. *num.* 109. Et † etiam filij, ac nepotes offendentium Cardinalem privantur omnibus beneficiis, & Dignitatibus Ecclesiasticis, & ad illas in posterum obtinendas efficiuntur inhabiles. Farinac. *in praxi criminal. part.* 5. *q.* 112. *num.* 121. *&* 122. Sanchez *in præcepta Decalogi*, *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 20. nam Cardinalem hostiliter insequens tenetur crimine læsæ majestatis, etiam quod non ceperit, aut percusserit, *d. cap. felicis*, Farin. *d. q.* 112. *num.* 81. ubi *num. seqq.* plures de hac materia cumulat, quæ deservire possunt ad declarationem *d. cap. felicis.* 235

Vigesimoseptimò. Vacant ipso jure beneficia occidentis, vel percutientis Episcopum, illa scilicet, quæ obtinet in Ecclesia, cui talis Episcopus præest, *d. cap. felicis*, *Clement.* 1. §. *à feudo*, *de pœnis*, Gonzal. *d. gloss.* 15. *num.* 75. Petr. Gregor. *rei beneficiariæ*, *cap.* 26. *num.* 10. Azor. *d. cap.* 17. *q.* 1. *vers. quartum est*, Nicol. Garc. *d. p.* 11. *cap.* 10. *n.* 56. Massobr. *d. dub.* 2. *n.* 33. Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 30. *num.* 112. Si verò occidens Episcopum electum, non dicitur interficere Episcopum, Gonzal. *gloss.* 9. §. 5. *num.* 27. Mandos. *in reg.* 16. *q.* 19. *n.* 13. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ*, *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 119. 236

Vigesimooctavò. Vacant ipso jure beneficia assassini, Gonzal. *d. gloss.* 15. *n.* 76. Azor. *d. cap.* 17. *q.* 1. *vers. octavum est*, Massobr. *d. dub.* 2. *n.* 34. Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 123. *per totam*, ubi latè de hac materia, Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 31. *num.* 35. 237

Vigesimononò. Vacant ipso jure beneficia occidentis Rectorem suæ Ecclesiæ, *cap. in quibusdam* 12. *de pœnis*, Rebuff. *d. tit. de modis audiendi beneficia*, *n.* 45. Turzan. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 9. *numer.* 50. *pag.* 185. Hieronym. Gabr. *consil.* 196. *num.* 6. *lib.* 1. *& cons.* 187. *n.* 8. *lib.* 2. Petr. Greg. *rei beneficiariæ*, *cap.* 26. *num.* 13. Gonzal. *gloss.* 15. *à num.* 77. Massobr. *d. dub.* 2. *num.* 35. Nicol. Garcia *d. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 57. Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 119. *n.* 68. ubi asserit, quod hæc privatio ipso jure procedit ea ratione speciali in beneficio illius Ecclesiæ, in qua videtur deliquisse, non autem in beneficiis, quæ obtinet in aliis Ecclesiis, Lotter. *d lib.* 3. *q.* 30. *n.* 113. ubi *n.* 116. subdit quod Rectorem Ecclesiæ interficiens non incurrit pœnam privationis ipso jure respectu beneficiorum, quæ obtinet in alia Ecclesia. Neque obstat, quod ait Abb, *in d. cap. in quibusdam*, *n.* 7. quod ibi non constat de privatione ipso jure, cùm tantùm ibi dicatur, *amittant*, quod verbum † non continere sententiam ipso jure latam, sed judicis sententiam ferendam, asserit in his terminis Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 18. *q.* 1. *vers. deinde quares*, quia respondetur dictum verbum *amittant*, de quo in illo text. sententiam latam significare, ex resolutis per Sayr. *in Clavi regia*, *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 21. *vers. fallit.* Deinde respondetur, quod quamvis verbum illud sententiam ferendam significaret, non sic 238 239 240

in

in illo text.cum dictio,*prorsus*,præcedat dictum verbum, quæ importat ipso jure,ut per Tiraq. *in l.si unquam,verb. revertatur, n.*71. Bernardin. Muscatel. *de modo fidejubendi,p.*1.*modo* 14.*n.*12.Sanch.*de Matrimon.lib.*3.*disp.*53.*n.*8.

241 *Trigesimo.* Vacat ipso jure beneficium illius, qui carceraverat clericum, donec resignaverit suum beneficium, *Clem multorum*, §. *quod si inferiores, de pœnis* Gonzal.*d.gloss.*15.*n.*80.Massobr. *d.dub.*2.*n.*37.

242 *Trigesimoprimò.* Vacant ipso jure beneficia committentis crimen Sodomiæ, ex constitut. Pii Quinti, Massobr. *dict.dub.*2.*n.*38.Lotter. *d.lib.*3.*q.*31.*à n.*57. *& pracipuè n.*59.de qua, & de hac materia latè egimus suprà *alleg.*44.*à n.*29.

243 *Trigesimosecundo*, quando resignans non supervixit per viginti dies, juxta regulam *Cancel.*19.*in novis*, Gonzal. *dictagloss.*15.*n.*84. Massobr. *d. dub.*2. *n.*39. latè Lotter. *de re benef lib.*3.*q.*15. *per tot.* nisi fuerit dictæ regulæ derogatum,Flamin. *lib.*12.*q.*14.*n.*2. ubi asserit,quod hodie communiter, & de stylo derogatur illi regulæ,quando resignans est absens à Curia, Lotter.*d.q.*15.*num.*57.ubi quod hæc regula non afficit beneficium extra Curiam resignatum, etiamsi obitus contingat in mense Apost. An sub dispositione illius regulæ comprehendantur resignantes coram Ordinariis? Vide Rebuff.*in praxi tit.de infirmis resignantibus gloss.*12.*n.*3.*& in tract.nominat.q.*16.*n.*18.Mandos. *q.*16.Gom.*q.*26.Flamin.*d.lib.*12.*q.*5.*n*8. Et quid in resignantibus beneficia patrimonialia? Vide Mandos. *ad illam regulam,q.*15.*n.*10.*in fine*, Gomes.*q.*21. Flamin. *d.lib.*12.*q.*3.*n.*10.Quid in beneficio jurispatronatus? Vide Gom. *q,*17.Flamin. *lib.*12.*q.*3. *n.*28. Azor.p.2.*lib.*7.*c.*28.*vers.sextò quæritur*, ubi concludunt pro affirmativa. Quid in beneficiis Regularibus? Vide Anastas.Germ.*in suo tr.de indultis Cardinalium*, §.*Regularia,n.*33.Rebuff.*ad illam regulam,gl.*5.*in fine*, ubi scribunt locum esse illi regulæ.Quid in commenda? Vide Flamin.*l.*12.*q.*13.& Rebuff. *d.tit. glos.* 7. ubi scribit Commendatarium morientem intra viginti dies sub hac regula comprehendi, quod caret dubio, cum in regulis posteriorum Pontificum expressè nominentur.Quid in renunciatione,seu translatione Vide Gom.16.Mandos.*q.*11.Flam. *d.lib.*12.*q.*3. *n.*56.*& lib.*6.*q.*4.*n.*34.qui resolvunt pro negativa,sed hodie attentis dictis novissimis regulis, res est explorata, ut sub illis includatur. Quid in unione? Vide eundem Mandos. *q.*10. Gom. *q.*15. Flam. *d.q.*3.*n.*47. ubi resolvit pro affirmativa, sed hoc etiam clarum est cum in novissimis regulis expressè contineatur. Quid in resignatione beneficii, reservatis fructibus? Vide Mandos. *q.*14.Gom *q.*20 ac Flam. *l.*12.*q.*5. Quid in beneficiis consistoria ibus?Flam.*d.l.*12.*q.*3. ubi etiam quid in concessione juris. Postremò quid in beneficiis reservatis litigiosis,& piis,quæ electiva dicuntur? Vide Azor. *dict.lib.*7.*c.*28. ubi cum Rebuff.sentit, regulam illam in his beneficiis locum obtinere.

244 *Trigesimotertiò.* Vacat ipso jure beneficium ob non publicationem resignationis,juxta formam Const Greg XIII.*de publicandis resign.*85. *in ord.* ut videre est apud Flamin. *de resign.l.*11.*q.*7.Massobr.*d.dub.*2. *n.*40.& apud Lotter. *d.lib.*3.*q.* 21.*per tot.* Gonzal. *d. gloss.*15.*n.*85.ubi *n.*86.dicit, quod ista vacatio est ita fortis,& potens,ut quamvis reliquæ omnes vacationes comprehendantur sub clausula *vel alio quovis modo*, vacatio tamen ista ob non factam publicationem nullatenus comprehenditur sub quibuscumque clausulis amplissimis,nisi specialiter exprimatur.

245 *Trigesimòquartò.* Vacat ipso jure beneficium Curatum ob non servatam formam Constit Pii V. quæ incip.*In conferendis*, *sub Data* 15. *Kalendis Aprilis* 1566.Gozal.*gloss.*15.*num.* 88. Massobr. *d.dub.*2. *numero* 43.

246 *Trigesimoquintò.* Vacant ipso jure omnia illorum beneficia, qui pro obtinendis beneficiis seipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, ut ab iis aliquid consequantur: vel quando pro seipsis impetrant beneficia cum intentione illa resignandi, reservata sibi pensione, vel non reservata ad favorem aliorum, ut cavetur *in Const.*33. Pauli IV.quæ incipit *Inter cateras sub die* 26. *Decembris.* 1557. quæ irrogat pœnam excommunicationis in tales, à qua absolvi nequeant,nisi à Pontifice, præterquam in mortis articulo, & privationem omnium beneficiorum obtentorum, Massobr.*d. dub.*2.*n.*41. Ideoque inolevit jam in curia stylus,ut exigatur juramentum à petente beneficium,quod non accipit animo illud dimittendi, Flamin.*de resignat.lib.*8.*q.*10.*n.*4.*&* 5.

247 *Trigesimosexto.* Vacat ipso jure beneficium per depositionem, & privationem, *c. ex litteris,c.grave, de excessibus Prælatorum*, Gonzal. *gloss.* 15. *num.* 97. Massob. *d.dub.*2.*n.*45. Lotter. *d. lib.*3.*q.*33. *num.*40. *cum seqq.*

248 *Trigesimo septimò*,Vacat ipso jure beneficium per apprehensionem possessionis de beneficio collato à Papa ante litterarum expeditionem, ex *Const.*33. Iulii III.Incip. *Sanctissimus*, *sub* 27.*Maii*, 1553.Mandos. *in reg.*27.*de non judicando juxta formam supplicationis q.*31.*à n.*3.Gonzal. *de gloss.*15.*n.*98. Massobr. *d. dub.*2.*num.*46.latè Lotter. *d.lib.*3.*q.* 19.

249 *Trigesimooctavò.* Vacant ipso jure beneficia retinentis indebitè scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam,& illas non restituentis], ne non scientis, & non revelantis,ex Const.Iulii III *sub ultima die Aprilis* 1552. Massobr.*d.dub.*2.*n.*47.

250 *Trigesimononò.* Vacant ipso jure beneficia offendentium litigantes in Romana Curia, eorúnque Iudices, Advocatos,& Procuratores,vel notarios, ut habetur *in Const.*11. Alexandri VI. incip. *In eminentis Sedis*, qua Mandos. *cons.*60.*&* 61.Put. *dec.*102.*cum duabus sequentibus*, *lib.*1.Massobr. *d. dub.*2.*n.*48.Gom. *gloss.* 15 *n.*100.Lotter. *d.lib.*3.*q.*30.*n.*123.*cum seqq.*

251 *Quadragesimò.* Vacant ipso jure beneficia,per confidentiam, utpotè quando quis resignat alicui beneficium sub confidentia, quod resignatarius postea resignet alteri personæ resignanti dilectæ,vel in aliis casibus contentis in Constit.Pii IV.incip.*Romanum Pontificem*, *sub* 17.*Kalendas Iun.*1564.& in Const.Pii V. *sub Kalendas Iun.*1569.Massobr.*d.dub.*2.*n.*49.*secundùm Rom. impress.* de quibus Flam. *de confident.q.*58. *per totam.*

Pluribus aliis modis vacare beneficia ipso jure adjungit Massobr. *d.dub.*2. videlicet *n.*52. per insordescentiam in excommunicatione,& *n.*53. per decretum de dimittendo,& *n.*54 per malam promotionem ad Ordines,& *n.*56. per dispositionem fundationis, & *n.* 57. per novam creationem beneficii,& *n.*59.per malam valoris expressionem,& *n.*61. per collationem factam consanguineis,aut affinibus,vel familiaribus collatoris vel resignantis de beneficiis resignantis in manibus Ordinarii, ex Const. Greg. XIII. incip. *Humano*, & *n.*63. per intrusionem.

252 Omnes prædictos casus enumerare non inutile judicavi,ex eo,quia nullum crimen, etiam privatione dignum,inducit privationem beneficii ipso jure, nisi sit lure cautum; nam in dubio præsumitur quis per sententiã privãdus,Farin.*in praxi,crim.p.*1.*q.*19.*n.*46. Rebuff. *de pacificis possess.n.*518.Gonz.*gl.* 15.*n.*153. plures per Nic.Garc. *p.*1.*c.*10.*n.*5. nonnulli etiam effectus ex privatione ipso jure facta resultant.

253 *Primus* est, quod si vacat beneficium ipso jure ratione alicujus capitis ex suprà relatis,vacat in ipsomet puncto,quo contrahitur matrimonium, aut emittitur professio, vel contrahitur delictum, &c. Prob. *in addit.ad Monach. in c.fin.num.*19.*de consuetud.* Gonzal *gloss.*15.*n.*141.

254 *Secundus* est, qnod committens delictum ob quod privatur ipso jure, seu ipso facto beneficiis, seu officiis publicis, ita illorum amittit titulum, & dominium, ut ea in conscientia teneatur dimittere, non solùm post sententiam, sed etiam ante illam, Flam. *de resign.l.*3.*q.*1.*n.*81.Lorca *l.*11.*disp.*24.*de legib.memb.* 2.§.*ult.*Felin. *in cap.in nostra, de rescript.col.*2. *n.*12. *&* 13.contra plures defendit Nicol.Garc.*d.p.*11.*c.*10. *n.*18.Gonzal.*gloss.*15.*n.*150.fructusque suos non facit, sed ad illorum restitutionem tenetur, ut plures citati à Gonzal.*gloss.*15.*num.*150. Sed verior sententia tenet obligationem de restituendis fructibus à die cõmissi delicti vix sustineri in eo delicto pro quo pœna Privationi beneficii inducitur ipso jure, Cov.*de sponsal.p.*2.*cap.*6.§.8.*n.*3.Monet. *de distribut.quotid.part.* 2.*quæst.*17.*n.*8.Lotter. *de re benefic. lib.*3. *quæst.* 18. *n.*60. *& q.*33.*num.*72.*cum seqq.*

255 *Tertius* effectus est, quod cum quis est privatus beneficio ipso jure, etiam in pœnam, statim, nulla expectata sententia, nec citato possessore, potest conferri, & impetrari præsentatio, vel electio fieri, ut *in c. licet Episcopus de præbendis in* 6.Gloss.*verb. te non vocato, in c.*1.*de homicid. lib.*6. Flamin. *d.q.*1. *n.*81. Nicol.Garc.*d.c.*30.*n.*13.Gonzal. *gloss.*15.*à n.*148.

256 Vnde jam non poterit sic privatus ipso jure beneficia in favorem alicujus resignare, plures per Flamin.*d.q* 1.*n.*21.Gonzal.*gloss.*15.*à n.*146.

Ad collationem, provisionem.

De his verbis agit Gonzal. *gloss.*16.*&* 17.

Præsentationem.

257 NOta, quod beneficia jurispatronatus Ecclesiastici sub hac reservatione comprehenduntur, non ita beneficia jurispatronatus æquè laïci, vel mixti, de quo latè cum amplissimis declarationibus Gonzal. *gloss.*18. Nicol.Garc. *part.*5.*c.*1.*n.*552. *cum multis sequentibus*,& aliqua dixi suprà hac *allegat.num.* 27. Et quod beneficium de jurepatronatus Ecclesiastico cadat sub reservatione, si vacat in mense reservato, firmavit Rota *dec.* 740.*num.*2.*part.*2. *recentior.*& coram Duran. *dec.*406.*n.*5. *part.* 2. ubi *n.*6. quid si in fundatione fuerit cautum, quod in collatione illius neque Episcopus, seu alius Prælatus, possit se intromittere.

Electionem, & quamvis aliam dispositionem.

DE quibus Gonzal. *gloss.*19. *&* 20. ad quem se remittit Nicol.Garcia *d.c.*1.*n.*617.

Quorumcumque collatorum.

258 BEneficia etiam ad unius tantùm collationem pertinentia sub hac reservatione comprehenduntur, quia pluralitas illa resolvitur in suas singularitates, *l.falsa* 33. §.*fin. ff. de condit. & demonstrat.l.Lucius.*78.*Caio Sejo ff.ad Trebell.*ad quod plura adducit Gonzal. *gloss.* 21.*à princip.* Capiunt hæc verba non solùm Ordinarios collatores, quales sunt Episcopi in suis diœcesibus, *Extrav. execrabilis*, §.*cæterum ordinarios, de præbendis*, Rebuff. *in concord.titul.de collationib.*§.*prælati Ordinarii, in gloss. verb.ordinarii*, Gonzal.*gloss* 21.*à n.*31. Verum etiam extraordinarios, quibus nimirum competit collatio ex privilegio, vel jure speciali, gloss. *verb. spectat, in cap.cum clericus* 11.§. *fin. de præbend.in* 6. Nicolaus Garcia *d.cap.*1.*num* 619.Gonzal.*gloss.*21.*num.*18.ubi *num.*19.cum Simon.*quæst.* 68.*num* 4 limitat non procedere quando jus conferendi non esset perpetuum, sed temporale, puta ex indulto, seu privilegio ad certum tempus, seu ad vitam, & *n.*39. dicit, quod hujus regulæ reservatio locum habet, quamvis collator sit in fundatione nominatus, & in eadem fundatione disponatur, quod in tali beneficio non intret reservatio, dum tamen tale beneficium non sit juris. patronatus laïcalis, aut mixtit.

Cætera, quæ ad explicationem singulorum sequentium verborum hujus Regulæ desiderari possunt, sicut omnia supradicta doctissimè glossavit Hier. Gonzal. Hispan. ideò in illis explicandis nil amplius immoror. Illa verò quæ ad Episcoporum alternativam pertinent, jam supra dixi *alleg.* 53.dum agerem de eorum residentia in suis Ecclesiis facienda.

ALLEGATIO LVIII.

Episcopus intra quod tempus debeat de Beneficiis vacantibus providere.

SUMMARIUM.

1 *Tempus semestre ad conferendum beneficium competit Episcopo.*
2 *Beneficia omnia vacantia, etiam in quibuslibet Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, ab Episcopo ad quem collatio spectat, sunt conferenda.*
3 *Parochialium provisio intra sex menses facienda est ab Episcopo, quando earum collatio ad illum spectat; intra quatuor verò menses, quando ad Papam spectat.*
4 *Hospitalia, quæ conferuntur in titulum beneficii, intra sex menses ab Episcopo sunt conferenda, si si ad eum spectat collatio.*
5 *Menses sex dati ad conferendum incipiunt currere à tempore scientiæ vacationis.*
6 *Vacationis beneficii notitia præsumitur in Prælato, considerata per judicem beneficii qualitate.*
7 *Vacationis modo, & temporis illius longitudine, ac distantia locorum, fama quæ constituit Episcopum in negligentia de morte beneficiati, debet esse clara, & non dubia.*
8 *Mensis quilibet, ubi absolutè de mense fit mentio, triginta dies continet.*
9 *Menses sex dati Ordinariis ad conferendum, computantur secundum Calendarium, & secundum quod occurrunt.*
10 *Episcopus, vel is ad quem spectat collatio, si infrà sex menses non disposuerit, collatio devolvitur ad Superiorem.*
11 *Devolutio debet probari gradatim de inferiori ad proximum Superiorem, & quilibet eorum habet sex menses ad conferendum à tempore scientiæ.*
12 *Menses sex dati Ordinariis ad providendum, ubi primũ lapsi fuerint, statim potest Papa providere.*
13 *Devolutio in exemptis immediatè Papæ subjectis, fit immediatè ad Papam, vel Legatum de Latere.*
14 *Legatus non potest conferre benef. ad Episcopum devoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, quæ Episc. confert auctoritate propria.*
15 *Devolutio in beneficiis unitis respectu vicariæ non habet locum in unitis mensæ Prælati quæ nunquam vacare censentur.*
16 *Beneficium de mensa Prælati illud dicitur, quod est perpetuo incorporatum mensæ Episcopali, aut Capitulari, seu Abbatiali.*
17 *Beneficia devoluta lapso semestri concesso Ordinario ad conferendum, non dicuntur de novo vacare.*
18 *Devolutio ubi fit gradatim ad quemlibet Superiorem, non currit semestre, quod sibi datur ad conferendum, nisi à die notitiæ.*

19 Negli

19 *Negligentia non præsumitur, sed est probanda, & non præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur.*

1 EPISCOPVS habet intentionem fundatam in assistentia Iuris communis quoad jus conferendi omnia beneficia inferiora suæ diœcesis, *c. omnes Basilicæ*, 16. *q.* 4. post Gonz. Garc. & alios Filliuc. *tr.* 41. *de benef. c.* 2. *n.* 24. Selva *de benef. p.* 2. *q.* 22. *n.* 24 *n.* 41. Rot. apud. Farin. *dec.* 382. *n.* 1. & *dec.* 416. *n.* 1. & *dec.* 756. *n.* 4. *p.* 2. *recent.* Seraph. *dec.* 799. *n.* 1. Greg. XV. *dec.* 291. *n.* 1. ubi adden. *sub n.* 4. tam sæcularia, quàm Regularia existentia in sua Diœcesi, *c. conquerente, de offic. Ord. c. ex frequentibus, de inst.* Vitalin. *in Clem. unic. n.* 16. *de suppl. neglig. Præl.* Selv. *de benef. p.* 2. *q.* 26. *n.* 28. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 1. *proœm. n.* 21. Reverendiss. Duran. *dec.* 442. *n.* 1 *p.* 2. etiãsi sint Canonicatus & præbendæ in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, non tamen per se solum, sed simul cum Capitulo, Filliuc. *d. c.* 2. *n.* 25. ead. Rot. *dec.* 232. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* qui quidem ut validè conferat, duo potissimum requiruntur. *Primum*, ut beneficium quod cõfert, spectet ad liberam ejus collationem, *secundũ* quod ipse saltem semel contulerit, ead. Rot. *dec.* 229. *n.* 5. 6. & 7. *p.* 1. *recent.* quia beneficia reservata Ordinarius conferre non potest, ead. Rot. *dec.* 186. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* Et cùm Ordinarius confert, nulla opus est justificatione, quia motu proprio providet Ecclesiis, non personis, de quarum etiam qualitate censetur benè informatus. Selv. *de benefic. p.* 3. *q.* 12. *n.* 9. Seraphin. *dec.* 1467. *n.* 1. Rot. *decis.* 190. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 6. *c.* 2. *n.* 221. Duran. *dec.* 233. *n.* 1. & *dec.* 350 *n.* 2. Quod procedit licèt Episcopus Cardinalis provideat vigore indulti, cùm nihilominus provideat Motu proprio, & militet eadem ratio, quod providet Ecclesiis, & præsumitur de personis informatus. Puteus *dec.* 295. *lib.* 3. *in correct.* Duran. *d. decis.* 233. *n.* 2. Rot. *in Leodien. Canon. S. Dionysii*, 23. *Martii*, & 3. *Iulii* 1623. coram *Reverendissimo Coccino Decano.* Non debet Ordinarius esse suspensus, quando confert; tunc enim collatio ab eo facta est ipso jure nulla, Vitalin. *in Clem.* 1. § *si quis*, *n.* 10. *de statu monach.* & non sustinetur ratione communis erroris, & ignorantiæ suspensionis, stante cõcursu provisi Apostol. Lap. *alleg.* 89. *col.* 6. Ferret. *cons.* 9. *n.* 1. *p.* 1. Boër. *dec.* 150 *n.* 13. Rot. *dec.* 17. *n.* 4. & 5. *p.* 2. *recent.* Nec excommunicatus declaratus & pro tali habitus debet esse, Rot. *dec.* 534. *n.* 3. *p.* 2. *recent.* cui quidem aliàs non impedito semestre tempus ad conferendum competere probant *c. nulla* 2. *de concess. præbend. c. licet, de supplend. neglig. Prælat. Clemen.* 1. *eod. tit.* Rebuff. *in praxi, tit. de devolut.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 184. *n.* 1. me citato *in hoc loco*, Alzed. *de præcellent. Episc. dignit. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 11. *cum seqq.* latè Nic. Garcia *de benef. p.* 10. *c.* 2. *à n.* 1. ubi *n.* 2. asserit habere locum non solùm in collatione, sed etiam in electione.

Primò amplia de omnibus beneficiis vacantibus debere Episcopos, ad quos collatio spectat; intra sex menses providere, quamvis sint in quibuslibet Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, tam sæcularibus, quàm Regularibus constituta, Rebuff. *in dict. tit. de devolut. n.* 4. & *in concord. tit. de Regia ad Prælaturas nomin.* §. 1. *verb. intra sex menses*, Nicol. Garcia *d. c.* 2. *n.* 3.

Secundò amplia in provisione Parochialium, etiam stante Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformat. c.* 18. quando earum collatio ad Episcopos pertinet, licèt quando earum collatio ad Papam, aut alios spectat, debeant infra quatuor menses personam magis idoneam prævio concursu eligere, & electam illis significare, ut in Constit. Pii V. incip. *In conferendis*, *Kalend. Aprilis* 1566. refert Nicol. Gacia *p.* 9. *c.* 2. *n.* 3.

Tertiò amplia in Hospitalibus, quæ conferuntur in titulum beneficii, Rebuff. *dicto verbo intra sex menses, vers. item quando*, Nicol. Garcia *dicta part.* 10. *c.* 2. *n.* 9. Illud advertere oportet, quod Episcopus existens in Curia tempore vacationis beneficii, potest illud conferre, quamvis ob reverentiam Papæ debeat exire extra mœnia, ut per Anastas. Germon. *de indultis Cardin.* §. *tibi quoad vixeris*, *n.* 76. Massobr. *in praxi habendi concursum, req.* 7. *dub.* 44. Quidquid dicat Pavin. *de potestate Capituli Sede vacante*, *p.* 2. *q.* 1. *vers.* & *quia potestas.*

Tempus illud sex mensium datum ad conferendum, 5
est à tempore scientiæ vacationis numerandum, *cap. quia diversitatem, in fine, de conc. præbend. d. c. licet*, & *ibi* gloss. *verb. notitia*, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 35. *gloss.* 4. *à n.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 26. *quæs.* 10. Cald. Pereira *de renovat. Emphyt. q.* 6. *n.* 24. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 6. Zerola *in praxi Episc. p.* 1. *verb. Iuspatronatus*, §. 8. *dub.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 6. *n.* 132. Aloys. Ricc. *d. resol.* 184. *n.* 1. me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. p.* 2. *c.* 9. *n.* 15. Rota *decis.* 186. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Nicol. Garcia *d. p.* 10. *c.* 2. *n.* 15. ubi *n.* 43. resolvit, quod de momento ad momentum est hujusmodi computatio facienda. Et Rota Romana censuit *in una Civitatis Castellana*, 18. *Iunii* 1557. coram *Card. Quiroga*, in sex mensibus datis Ordinariis ad conferendum, computari diem termini, & *in una Placentina Parochialis de Malpartida*, 28. *Iunii* 1585. coram *Illust. Seraphino*, est inter impressas *dec.* 702. tenuit tempus sex mensium datum Ordinariis ad conferendum Parochiales ad eorum collationem spectantes, per dictam Bullam Pii V. quæ dicit à die vacationis, intelligi à die vacationis notæ, quamvis Episcopus nondum accepisset possessionem Episcopatûs, cum per ipsum stetisset, refert Nicol. Garc. *d. p.* 10. *c.* 2. *n.* 22. & 23. Sic etiam tempus quatuor mensium concessum Ordinariis ad collationem faciendam de beneficis curam animarum habentibus, aliàs Sedi Apost. reservatis, non currit nisi à die notitiæ vacationis habitæ, ut tentum fuit in Rota *in una Toletana beneficii*, 28. *Novembr.* 1578. coram *Illust. Seraphino*, impressis *decis.* 380.

Sed inde gravis dubitatio oritur, nempe an ista no- 6
titia præsumatur in Prælato; In qua videtur resolvendum, illam præsumi; cum etiam præsumatur habere certam notitiam beneficiorum vacantium in sua diœcesi, quia tenetur visitare singulis annis, *cap. Ordinarius, de offic. Ord. lib.* 6. Concil. Trident. *sess.* 14. *de reform. cap.* 8. Aloys. Ricc. *in d. resolut.* 184. *n.* 2. considerata per Iudicem beneficii qualitate, vacationis modo, & temporis illius longitudine, ac distantia locorum, Rot. *decis.* 6. *de jurepatr. in novis*, & *in d. Toletana beneficii*, coram *Illust. Seraph. decis.* 380. *n.* 4. Zerola *in praxi Episc. verb. Iuspatronat.* §. 8. *dub.* 1. & 2. Nicol. Garc. *d. p.* 10. *c.* 2. *n.* 31. & ita prædicti sex menses incipiunt currere ab eo tempore, quo scire potuit, vel debuit Episcopus, ut tenuit Rot. *in una Vicen. Paroch. Castri Tertioli*, 14. *Ianuar.* 1611. coram *R. P. D. Manzanedo*, apud Farin. *p.* 1. *recent. dec.* 323. *n.* 1. & antè tenuerat *in una Burg. Canonicatus*, 27. *Martii* 1583. coram *Bubalo*, & *in una Maceraten. beneficii*, 1. *Iun.* 1594. coram *Litta*, refert Nicol. Garc. *d. p.* 10. *c.* 2. *n.* 28. & 29. ubi *n.* 33. dicit in eadem Sacra Rota tentum fuisse† fa- 7
mam, quæ constituit Episcopum in negligentia de morte beneficiati, debere esse claram, & non dubiam: & illam dicit dubiam si habuerit ortum à duobus, vel tribus, qui dicebant se audivisse, vel quia affines, aut conjuncti, dato quod adesset fama de morte; non tamen fecerunt luctum, ad notata per Bart. *in l.* 2. § *quod si dubitetur ff. quemadm. test. aperiantur*, ut per Achil. *dec.* 46. *seu unic. de suppl. neglig. Præl.* sequitur Mascard. *de probat. concl.* 626. *n.* 11.

Mensis quilibet, ubi absolutè de mense fit men- 8
tio, triginta dies continet, quia tot diebus Luna in circuitu Solis remoratur, & ad suas vices redit, cursumque conficit, Gregor. *l.* 5. *tit.* 6. *p.* 6. Menoch. *de arbitr.*

arbitr.casu 50.*n*.8. *cum seqq*. Cald.Pereira *de resolut. emphyt.c*.14.*num*.2. *& de emptione c*.4.*n*.21. Melch. Phœbos *Lusitaniæ dec*.51.*num*.24. *tom*.1. Alexand. Trentacinq.*var.resol.lib*.2.*tit.de dilat resol*.21.*n*.4.

9 Et dicti sex menses debent computari secundùm Kalendarium, & secundùm quod occurrunt,& jacent per totum circulum anni, & quod deficit de primo mense,accipiendum est de ultimo.Ita gloss.*verb.mensem,in c.quàm sit, de elect.in* 6.ubi omnes, plures per Sanch.*de matrim.lib*.2.*disp*.24.*n*.15.Nicol.Garciam *d. c*.2.*n*.42.& Gonzal.*ad reg*.8.*Cancell.gloss*.11.*n*.7.*&* 8.

10 Ne Ecclesiæ diù maneant in suspenso, quod valde dispendiosum, & damnosum illis est, *d.c.quàm sit*, & ne jura Ecclesiastica diù maneant in incerto, arg. *l*.1.*ff. de usucap*. Rebuff. *in praxi benefic. part*.1.*tit. de devol.num*.8.ideò Iura statuere, quod si Episcopus, vel is ad quem spectat collatio infra sex menses non disposuerit, collatio devolvitur ad Superiorem,ut ab Episcopo ad Metropolitanum, ab hoc ad Primatem, ab illo ad Patriarcham,& demum ad Summum Pontif. *c. licèt, de supplend. neglig. Pral. c*.2. *de concess. præb*.Rebuff.*tit.de devolut.n*.7.Corras.*de benef.part*.1. *c*.7.*num*.8. Azor. *institut. moral.p*.2. *lib*.6.*c*.27. Cald. Pereira *respons*.3.*pro Alphonso de Peñaranda, num*.2. Gochier. *de jurisd. Ord.in exemptos,part*.4. *quæst*.30. *num*.3.Rot.*decis*.186.*n*.1. *part*.2.*recent*. Nicol.Garc. *de benefic. part*.10. *cap*.3. *num*.10. Zerola *in praxi Episcop. p*.1,*verb. Beneficia*, §.2.*in princ*.ubi hoc in-

11 telligit † quando hodie darentur omnes isti gradus, sed pro majori parte ab Episcopo ad Archiepiscopum, & statim ad Papam fieri devolutionem: *& in Spoletana beneficiorum*,31. *Ianvar*.1594. coram *Illustriss. Mantica*, inter ejus impressas *decis*.260. fuit resolutum devolutionem debere probari gradatim de inferiori ad proximum superiorem, & quemlibet eorum habere sex menses ad conferendum à tempore scientiæ, refert Garcia *dict. part*.10 *cap*.3. *num*.11. ubi *num*.42. post multos quos citat, resolvit devolutionem fieri cum onere, & qualitatibus requisitis in

12 prima provisione; statim tamen, † ac lapsum est primum semestre, potest Papa providere. Gonzal. *ad reg*.8. *Cancell*. §.3. *procem. num*.5. Vnde Rot. apud Farinac. *dec*.186. *num*.1.*part*.2. *recent*. censuit quod ut probetur devolutio ad Papam, debet probari semestris negligentia, & quod Papa quando providet uti de devoluto, non præsumitur velle uti præventione, & in *dicta Placentina Parochialis*, coram *Illustriss.Seraphino dicta dec*.702.tentum fuit provisionem Parochialis intra sex menses fieri debere,aliàs Papam in conferendo prævenire posse tam potestate Ordinaria, quàm vigore Bullæ Pii V. reservantis beneficia, de quibus per Ordinarios collatores intra sex menses non fuit facta provisio. Illud advertere oportet, quod ubi negligentia, quam Prælatus ipse habuit, dum teneretur ut non Episcopus, sed ut quilibet alius cum cæteris Canonicis intra sex menses beneficium conferre, non nocet ei, ut tanquam ad Prælatum ob negligentiam ad ipsum conferendi potestas devolvatur, quia non fuit negligens ut ipse solus, sed cum aliis, quod efficit ut ad ipsum tanquam ad Superiorem meritò devolutio fiat. Ita per *c. postulasti* 15. *de concess. præbend*. notant Domin. à S. Gemin. *in c. à collatione* 11. *n*.1. *de appellat. in* 6. ubi Franch. *n*.4. Innoc.*in c. irrefragabilis* 13.*n*.2. & *ibi* Zabarel. Host. & alii *de offic. Ordin*. Secus autem esset si electio, vel collatio à solo Episcopo tanquam Canonico facta, vel facienda fuisset; nam tunc nullo modo ad eum appellatio interponeretur, nec facultas conferendi devolveretur, quia deesset personarum diversitas, quæ in his casibus necessariò desideratur. Rot.*dec*.1.*sub tit.de suppl.neglig. Pralat.in novis*, aliàs *dec*.113. Vnde adverte, quod si collatio facta fuisset ab ordinario post incursam devolutionem etiam die mox sequenti, non tenet, ut fuit dictum *in Toletana Paroch. de Guecas*, 17. *April*.1595. coram *Card. Pamphil*. Et talem devolutionem non mutare modum vacandi,sed præsupponere beneficium vacare, illudque devolvi cum qualitatibus requisitis censuit Rot.*dec*.774.*n*.2.*part*.3.*diverf*.Seraphin.*decis*.1309.

In exemptis immediatè Papæ subjectis devolutio fit immediatè ad Papam,vel ad Legatum de latere,per *c. licet, cap. sicut, de suppl. negligent.Prælat*. Roman, *consil*.351. Abb.*in cap.grave,n*.6. *&* 7.*de officio Ordin.& in d.c*.2.*de concessione præbend*.Selva *de benefic. part*.3.*q*.49.*n*.4. Rebuff. *in concord*. §.*si quod verò, verb. ad alium, de collat. & d.tit.de devol.n*.36. *vers. nonò*,quos refert,& sequitur Cochier *d.q*.30.*n*.5. Ratio est, quia ista devolutio juxta determinationem Concilii Lateranensis *d.c*.2.fit ad immediatum Superiorem, proximus autem Superior exemptorum est Papa, *c. nulla, dist* 94. *c. auctoritate*, cum *ibi* notatis, *de privil.in* 6. Selv.*d. num*.4. † Non poterit Legatus conferre beneficia ad Episcopum devoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, quæ Episcopus confert auctoritate Apost.Ita Nicol.Garcia *de benefic. p*.5. *c*.3.*n* 32. quia ab exempto fit devolutio ad Ordinarium, qui Apost. auctoritate conferet,*c. cùm singula de præbend.in sexto*, Rebuff.*tit.de devolut.n*.31. Cochier.*d.q*.30.*n*.8 ubi intelligit nisi prælatus Regularis habeat alium Prælatum,cui immediatè subjicitur,tunc enim ad illum fiet devolutio, Cardin *in Clement. in unic.q*.3. *de supplend. neglig. pral*.

Collatio, & devolutio in beneficiis unitis respectu Vicariæ, non habet locum in beneficiis unitis mensæ Prælati, quæ nunquam censentur vacare,Flores de Mena *var. lib*.1.*q*.10.*n*.14.

Illud verò dicitur beneficium de mensa Prælati, quod perpetuò incorporatur mensæ Episcopali, aut Capitulari, seu Abbatiali, & ideo nunquam vacat, neque in tali beneficio datur negligentia in provisione, gloss.*verb.de mensa,in dicta Clem.unic.de supplenda neglig.pral*. Gonzal.*ad reg*.8. *Cancell. gloss*.5.§.6. *n*.63.Rot.apud Farin.*dec*.204. *p*.2.*recent*.

Beneficia devoluta lapso semestri concesso Ordinario ad conferendum, non dicuntur de novo vacare, Gonzal.*ad regul*.8.*Cancell.gloss*.15.§ 2.*n*.20.*&* 21.& *gloss*.24 *n*.78.quærit si Cardinalis collator non contulit beneficium, quod vacavit in mense aliàs Apostolico, infra sex menses, ita quod sit locus devolutioni ad Superiorem, an tunc possit conferre Archiepiscopus, qui Cardinalis non est, seu alius, ad quem de jure competit devolutio, an verò solus Papa?

Cuilibet autem Superiori ad quem gradatim fit devolutio, non currit semestre, quod sibi datur ad conferendum, etiamsi devolutio fiat à patrono laico, qui tantùm habet quadrimestre, nisi à die notitiæ.Rot. *decis*.6.*de jurepatr.in novis, & in Sabinen. beneficiorum*,11.*Maii* 1584.coram. *Gaptio,& in Salymantina portionis*,23.*Iunii* 1586.coram *Bubalo*,Lamb.*p*.3.*lib*.2. *q*.2.*art*.8.Card.Seraphin.Rot.Roman.*dec*.180.Aloys. Ricc.*in praxi fori Ecclesiastici,resol*.155.*versic.tum secundò*,Castr.Palao *in opere morali,tom*.2.*tract*.13.*disp*. 3.*punct*.3.*n*.13.*&* 14.Zerol.*in praxi Episcopal.part*.1. *verb.Benefic*.§.3.ibi,*à die devolutionis, vel verosimilis notitiæ*, Nicol.Garc.*d.p*.10.*cap*.3.*n*.9. ubi *n*.10. dicit *in una Calciaten*.coram D.Orano *de anno* 1584.fuisse resolutum devolutionem ad Papam non probari, nisi constet de lapsu temporis Superioribus etiam prælatis, & *num*.16. quod qui impetrat certo modo tanquam devolutum,debet probare devolutionem gradatim tamen fieri debet,& per semestre lapsum cuilibet inferiori. Rebuff. *d. tit.de devolut. n*.3. & etiam cum scientia & patientia omnium collatorum, ut fuit dictum *in Aretina Capellæ*,5.*Martii* 1610.coram *Card. Lancell*. plenè scilicet & concludenter, Rot. *dec*.186. *n*.1.*part*.2. *recent*. ubi *numero* 2. censuit ad effectum

devolutionis

devolutionis scientiam debere esse certam, & non suf-
19 ficere præsumptam ; † negligentia enim non præsumitur, sed probanda est, *l.3. §. si ad diem, ff. de re milit.* Afflict. *decis.*13. *n.*18. Grat. *cons.*100. *n.*1. *lib.*2. Coch. *d. q.*30. *num.*18. & præsumitur ignorantia nisi scientia probetur, in nostris terminis Rebuff. *d. tit. de devolut. num.*12. post Lamb. & Mascard. dicit Nicol. Garcia *cap.*3. *n.* 23. ubi *n.*22. tenet quod Judex arbitratur an prædictus Superior præsumatur scire ex qualitate beneficij, modo vacationis, quantitate temporis, distantia locorum, & fama.

20 Unde scientiam etiam in inferiore collatore probandam esse, ut devolutioni locum esse admittatur, tenuit Rota *in Bononien. terrarum*, 20. *Octobr.*1582. coram Bubal. & *in Firmana beneficij*, 12. *Maij* 1595. coram *Cardin. Blanchetto.*

21 In beneficiis verò de jurepatronatus locorum non dicitur factus locus devolutioni ad favorem Episcopi, nempe ut ipse conferre possit, si diversi præcedentes Patroni, de quo tamen legitimè constet, duos præsentarunt, qui inter se litigant, quis sit præferendus in institutione, immò in tali casu si ipse Episcopus conferat extraneo, attentare dicitur, ut fuit resolutum *in Aretina capellania*, 19. *Mart.* 1601. coram Peña.

22 † Quod quidem amplia procedere etiam quando lis vertitur inter patronos & Episcopum, vel provisos ab eis, tunc enim non habet locum dispositio *cap. quoniam, de jurepat.* Joan. Andr. *in cap. cùm vos, n.* 2. *vers. unde jura*, ubi Butr. *num.*7. *vers. jura ergo*, & Imol. *n.*7. *vers. si autem erat dubium, de offic. Ordin.* Lap. *alleg.*78. *n.*15. cum allegatis *in* 2. *Perdon. jurispatron.* 19. *Febr.* 1601. coram Peña, & *in Bracharen. benef.* 3. *Martij* 1603. coram Gregorio XV.

ALLEGATIO LIX.

Episcopus quas Ecclesias, & ad quod tempus commendare possit.

SUMMARIUM.

1 *Commenda alicujus Ecclesiæ in perpetuum datur, cum committitur alicui, ut eam administret, & regat dum vivit in sui utilitatem, cum facultate disponendi de fructibus sicut verus Beneficiarius.*
2 *Commenda perpetua beneficij est titulus canonicus.*
3 *Commendam perpetuam habentes non se promoventes infra annum, incidunt in pœnam* cap. licèt canon. de elect. lib. 6.
4 *Incompatibilitatem inducit Commenda perpetua.*
5 *Commenda perpetua potest resignari, vel permutari.*
6 *Ordinarius nullus inferior Papa potest perpetuò commendare.*
7 *Ecclesiam commendans Papa simpliciter alicui, in perpetuum, hoc est, ad vitam ejus, commendare videtur.*
8 *Ecclesia simpliciter commendata per Papam alicui, commendatarius tunc non habet liberam potestatem statuendi de ejus fructibus.*
9 *Ecclesiam ad certum tempus commendatam per Papam potest Episcopus conferre post elapsum tempus.*
10 *Commenda ad tempus dicitur cùm Ecclesia Pastore, vel debito sibi ministro destituta, vel viduata alterius fidei, & curæ committitur.*
11 *Commendare nihil aliud est, quàm deponere.*
12 *Commendatarius ad tempus non facit fructus suos, imò tenetur de eis rationem reddere.*
13 *Commendatarius ad tempus, nec resignare, nec permutare potest beneficium sibi commendatum.*
14 *Commendare Ecclesiam alicui ad tempus regendam, res est antiqua, & in Ecclesia usitata.*
15 *Commendare potest Episcopus parochialem Ecclesiam, & alia beneficia, quibus inest cura animarum, ad sex menses.*
16 *Commendare Abbatias, Prioratus, & Præposituras, Beneficiáque Regularia solus Papa potest.*
17 *Commenda perpetua, quæ datur de beneficio, seu Prioratu Regulari, non requirit possessionem.*
18 *Commendatarius potest ad libitum revocari, ad nutúmque removeri per Episcopum, etiam ante semestre finitum.*
19 *Commendatarius coram Ordinario absolutè, & simpliciter commendationi cedere potest.*
20 *Commendationis etiam ad tempus debet fieri mentio, ubi ipsa impetratur.*
21 *Commendatum beneficium, sive in perpetuum, sive ad tempus non vacat per obitum Commendatarij, sed vacat semper, ut prius.*
22 *Commendare Ecclesiam, seu beneficium non potest inferior Episcopo, nisi habeat jurisdictionem quasi Episcopalem.*
23 *Commendari non potest Parochialis Ecclesia Episcopi auctoritate, nisi clerico ætatem legitimam habenti, videlicet ad Sacerdotium promoto.*
24 Concil. sess. 24. de reformat. cap. 18. in princip. *declaratur*, & num. 25.
26 *Vicario Parochiali simpliciter dare congrua debetur portio, nec Episcopus à principio fructus omnes eidem assignare potest, nisi ad congruam portionem, & sustentationem essent necessarij.*
27 *Vicarij deputatio non est de forma concursus, & provisionis.*

ECCLESIÆ Parochiales in perpetuum, 1
vel ad tempus commendari possunt; in perpetuum commendatur Ecclesia, cum committitur alicui, ut eam administret, & regat, dum vivit in sui utilitatem, cum facultate disponendi de fructibus, sicut verus Beneficiarius. Ita Nicol. Garc. *de benef. p.*4. *cap.*4. *n.*7. Azor. *instit moral p.*2. *lib.*6. *cap.*31. *q.*1. *in fine*, † hæc enim commenda perpetua 2
beneficij est titulus canonicus, *cap. si plures* 21. *q.*1. *cap. dudum, il* 2. *de elect.* Mandos. *in reg. de verisimili, q.*3. *n.*2. *in reg.* 32. *q.*7. *n.*12. Puteus *decis.*158. *n.*4. *lib.*1. Rot. *decis.*765. *n.*5. *p.*3. *divers.* quos refert, & sequitur Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell gloss.*5. §. 8. *n.*2. Gambar. *de officio, & potest. Legati de Latere, lib.*4. *tit. de potestate Legati in commendando beneficia, à n.*16. Rebuff. *de pacif. possess. n.*35. Paul. Fusch. *de Visitat. lib.*2. *cap.*9. *num.*4. Anton. Fab. *in suo C. lib.*1. *tit.*2. *diffinit* 10. *vol.*1. Camill. Borel. *in sum. decis. tom.*1. *tit.*31. *n.*2. Flam. *de resign. lib.*2. *q.*17. *n.*11. Lotter. *de re benef. lib.*3. *q.*8. *n.*120. Rota *decis.*131. *n.*6. *vers. quia Commendatarij perpetui, p.*1. *recentior.* Castro Palao *in opere moral. tom.* 2. *tract.*13. *disp.*1. *punct.*8. *n.*6. ita ut pœna *cap licèt canon. de elect. lib.* 6. † contra non promoventes se infra annum, ha- 3
beat locum in his Commendatariis perpetuis, Clem. *in agro*, §. *cæterùm de statu Monach.* ibi, *infra annum computandum à tempore collationis, & commissionis.* Gonz. *d.* §. 8. *n.*7. & 8. incompatibilitas inducta à *c. de multa, de præbendis, & Extravag. execrabilis, eodem tit.* † habet locum in his Commendis perpetuis, Gon- 4
zal. *d.* §. 8. *n.*20. Nicol. Garcia *d. cap.*4. *n.*33. Nam † ex 5
quo Commendatarius jus, ac titulum in beneficio sibi in perpetuum commendato consequitur, ut suprà dictum est, ideo illud resignare, etiam in favorem, ac permutare valet, Flamin. *d. q.*17. *n.*9. & 10. Gambar. *ubi suprà, n.*113. ac proinde hujusmodi beneficia commendata impetrari possunt, Rot. *decis.*572. *n.*4. *p.*4. *recentior.*

Nullus Ordinarius inferior Papa potest perpetuò, 6
hoc est, ad alicujus vitam, commendare, Læl. Zeech.

de benefic. & pensionibus, cap.7.num.2. Gambar. *dicto loco, n.145. cum seqq.* Fusch. *de visitat. lib.2. cap.9. num. 6.* Camil. Borrel. *in sum. decis. tom.1. tit.31. à num. 13.* Nicol.Garcia *d. cap.4. n.13.* per *cap. nemo deinceps 15. de elect.* Castro Palao *d. punct.8. n.9.* ubi extendit Legatum de latere non habere potestatem commendandi. Amplia, ut nec Episcopus possit perpetuò beneficium jurispatronatus sine patroni consensu commendare, voluit gloss. communiter recepta *verb. commendare, in cap.nemo deinceps, de elect.lib.6.* ac post alios Roch. *de jurepatron. verb. honorificum, q.3. num.8. vers. item ad prædictam conclusionem*, & Lambert. *eodem tract. lib.2. part.3. q.7. art.1.* ubi etiam quoad hoc, an patronus non revocata commenda possit præsentare, remittit se ad ea, quæ post Gemin. *d.cap.nemo*, tradidit *eodem lib.2.part.1.q.6.prin-*
7 *cip. art.14.* † Papa si Ecclesiam commendet simpliciter, hoc est, nec certum tempus, nec perpetuum exprimendo, in perpetuum, hoc est, ad vitam ejus, commendare videtur; quia cùm non in perpetuum, sed ad tempus commendat, solet certum illud tempus exprimere, me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. puncto 8. n. 9. in fine*, Azor. *d. cap.31. n.12.* ubi *q. 19.*
8 resolvit, quod † quando Papa sic simpliciter, nulla alia adjecta clausula, alicui beneficium, vel Ecclesiam commendat, Commendatarius tunc non habet liberam potestatem de fructibus statuendi, quia solet Papa cùm Ecclesiam in perpetuum commendat, clausulam apponere, his verbis: *Ut commodius onera sustinere queas, de alicujus subventionis auxilio providere cupientes, tale Monasterium, vel benef. auctoritate Apostol. concedimus, commendamus, & providemus, per te quandiu vixeris, tenendum, & possidendum, ita quod durante commenda hujusmodi, de fructibus. redditibus, & proventibus ipsius disponere & ordinare valeas, sicut veri Abbates ipsius benef. qui fuerunt pro tempore, ordinare, & disponere potuerunt, & debuerunt, alienatione tantùm bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium ipsius benef. tibi penitus in-*
9 *terdicta.* Advertendum maximè est, quod † ubi Rom. Pontifex Ecclesiam ad certum tempus commendavit, non potest Episcopus conferre post elapsum tempus, quia eo ipso, quod Papa commendavit, censetur affecta, vel reservata, hoc est ipsius juri, & potestati ita subjecta, & obnoxia, ut eam nullus conferre queat. Ita Azor. *d. cap. 31. q. 7.* & plurés, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *d. cap.4. n.68.*

10 Ad tempus alicui commendatur Ecclesia cùm Pastore, vel debito ministro destituta, vel viduata alterius fidei, & curæ committitur, donec idoneum Rectorem acceperit, Azor. *d. cap. 31. quæs.1.* Gonzal. *d.* §.8. *num.35.* Nicol.Garcia *d. cap.4. num.7.* ac proinde is, cui Ecclesia commendatur, fit depositario similis, cùm Ecclesia causâ custodiæ tantùm ei concedatur, Menoch. *remed.15. recup. possess. num. 38. cum seqq.* Castro Palao *d. punct.8.num.6. vers. secus verò.* Nam
11 † commendare nihil aliud est, nisi penes aliquem deponere, *l. commendare, ff. de verb. sign. l. Lucius 14. ff. depositi*, gloss. *verb. commendare, in d. cap. nemo deinceps*, Put. *decis.25. n.2.lib.1.* Azor. *d. q.1.* Gonzal. *d.* §.8. *num.38.* Nicol. Garcia *d. cap.4. n. 6.* Ci-
12 mill. Borel. *d. tom.1. tit.31. n. 1.* Et † ideo non facit fructus suos, sicut depositarius, gloss. *d. verb. commendare*, Gambar. *d. loco, n.116.* Gonzal. *d.*§.8.*n.39.*
13 imò † tenetur de eis rationem reddere, *cap. placuit 10. q. 3.* ac proinde nec resignare, nec permutare hujusmodi beneficium, si ad tempus commendatum sit, valet: Flamin. *d. q. 17. n. 2.* quia nec in re, nec ad rem in illo jus habet, Gonzal. *d.* §. 8. *num. 37.*

14 Commendare Ecclesiam alicui ad tempus regendam, res est antiqua, & in Ecclesia usitata à tempore Gregorij. Nam Leo IV. *in c.qui plures, 21.q.1.* decrevit, ut in una Ecclesia titularis alteram sibi commendatam possit habere; ideo eundem Leonem IV. commendæ inventorem fuisse refert Camill. Borel. *tit.31. num. 16.* nam olim Ecclesiæ commendari consueverunt ad tempus donec idoneus Rector eligeretur, & crearetur; & quia sæpè Rectorum electio ob diffidia, & lites differebatur, commendari cœperunt Ecclesiæ ad sex menses, ut in casu *d. cap. nemo deinceps*, ubi disponitur, quod hujusmodi commendæ temporales, quæ fiunt ad utilitatem Ecclesiæ, non possint concedi, nisi per unum semestre, & ex evidenti necessitate, vel utilitate ipsius Ecclesiæ suadente, licèt finito illo semestri, si adhuc durabat eadem necessitas, vel utilitas, poterat per aliud semestre commendari, ut declarat gloss. *ibi, verb. durare*, Rebuff. *in praxi, tit. de Commenda, num. 65.* Gonzal. *d.* §. 8. *num. 35.*

Potest igitur Episcopus Parochialem Ecclesiam ad 15
prædictos sex menses commendare, & alia beneficia, quibus inest animarum cura, etiam absque patronorum consensu, si de jurepatronatus sint, *cap. cum vos, de offic. Ordin.* Concil. Trident. *sess.24. cap.18. vers. in omnibus quæ*, Lambertin. *de jurepat. lib.2. p.3. q.7. art.2. & part.2. q.1. art.29. & 39.* Monet. *de commutat. ultim. volunt. cap.10. n. 378.* Filliuc. *d. tract.41. cap.3. n.132.* Camill.Borell. *d. tract.31. n.14.* Castro Palao *d. punct.8. num.7. in princ.* † Simplicia verò be- 16
neficia commendari non solent. Cæterùm Abbatias, Prioratus, & Præposituras solus Papa commendat, solus item ipse jus habet commendandi beneficia Regularia, quoniam exempta sunt. Ita Azor. *d.c.31. q.15.* ac sæcularis de regulari providet in commendam, & è 24
contra, me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. punct.8. num.9. in med.* Rebuff. *d. tit. de commenda, n.7.* Nicol. Garcia *d. cap.4. n.18.* ubi *n.27.* resolvit, quod † 17
quando beneficium, seu Prioratus Regularis datur in commendam perpetuam, non requiritur possessio, & *num.28.* quod habens in commendam beneficium regulare, cogi non potest profiteri Religionem, sicut habens in titulum cogeretur.

Episcopus, qui ad sex menses Parochialem com- 18
mendavit, non potest ante semestre tempus nutu suo commendationem revocare, nisi adjecerit clausulam, *donec ipse voluerit*, gloss. *in d. cap. nemo*, Rebuff. *d. tit. de commendis, n.58.* Azor. *d. cap.31.quæs.6. vers. quæres.* Verius tamen credo hujusmodi Commendatarium, cùm nec in re, nec ad rem jus habeat, ut suprà dixi, posse ad libitum revocari, ad nutumque removeri, gloss. *in cap. si constiterit, de accus. & in c. qui plures, 21. q. 1.* Mandos. *reg.39. q.3. n. 8.* Gonzal. *d.* §.8. *n.35. & 37.* Nicol.Garcia *d. cap.4. à n.53.* ubi distinguit *n.54. & 55.* † Ita etiam poterit dictus Com- 19
mendatarius coram Ordinario absolutè & simpliciter commendationi credere, non tamen gratia, & favore 15
alterius; quia jus, & titulum in beneficio non habet, ut suprà dixi, & intra sex menses potest Episcopus quandocumque voluerit Ecclesiam commendatam repetere, Azor. *d. cap.31. q.8.* ubi *q.13.* resolvit Episcopo commendante Ecclesiam Parochialem Titio ad sex menses, posse ipsum Titium à Papa impetrare temporis prorogationem, antequam prædicti sex menses præ- 26
tereant; quia illis elapsis non habebit locum prorogatio, cum totum, quod fecerat Episcopus, finitum sit, ac proindè Ecclesia desinat esse commendata. Illud in præsentiarum est omninò advertendum, quod † in 20
impetratione Ecclesiæ, commendatæ etiam ad tempus, debet fieri mentio commendationis, aliàs impetratio esset subreptitia, ac proinde irrita, & inanis, Archidiac. Domin. & Franch. *in d.cap.nemo deinceps*, Azor. *d. cap.31. q.6.* quia Ecclesia commendata non omninò 27
vacare dicitur, cùm ejus possessionē, & administrationem Commendatarius habeat: tum quia Papa juri alicujus derogare non creditur, *cap. super eo, de offic. deleg. cap. quamvis, de rescript. in 6.* Deinde notabis, quod † beneficium commendatum, sive in perpetuum, 21

sive

ſive ad tempus, non vacat per obitum Commendatarij, ſed vacat ſemper, ut prius, ita ut non ſit attendendus menſis, nec locus, in quo Commendatarius obierit. Put. *deciſ.25. n.6. lib.1.* Navar. *in man.cap.25. n. 126. & conſ. 30. de præbend. in antiq.* aliàs 28. *in novis*, Sayr. *in florib. deciſ. ſub eodem tit. deciſ.31.* Flamin. *de reſign. lib. 2. q.19. n.13.* Gonzal. *d. §.8. n.48. cum ſeqq.* Nicol. Garcia *d. cap.4.n.64.* me citato *in hoc loco*, Caſtro Palao *d. punct.8. num. 11.*

22 Inferior Epiſcopo non poteſt Eccleſiam, ſeu beneficium commendare, etiamſi jus habeat conferendi beneficium privilegio, præſcriptione, vel conſuetudine, Domin. *in d. cap. nemo deinceps, n. 14.* & *ibi* Franc. *num.8.* Gambar. *de officio Legati, lib.4. rub. de poteſtate Legati in commendando benefic. à num. 165.* Cuch. *in inſtitut. majorum, lib.3. tit.6. n. 46.* Flamin. *de reſign. lib.7. q. 10. num. 23.* Azor. *d. cap.31. q. 11.* Nicolaus Garcia *d. cap.4. num.8.* Niſi habeat juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quia tunc poterit beneficia commendare ad tempus, ſicut Epiſcopus, Flores de Mena *variar. qq. lib.3 q.24. n.16.* Nicolaus Garcia *d. cap. 4. num. 12.* & in Capitulo Sede vacante admittit Filliuc. *tract.41. de benef. cap.2. num. 46.*

23 Parochialis Eccleſia non poteſt Epiſcopi auctoritate commendari, niſi clerico ætatem legitimam habenti, videlicet annum vigeſimumquintum agenti, & nonniſi ad Sacerdotium promoto, ut poſſit interim Sacerdotis munus, & officium obire: ſic habetur *in d. cap. nemo deinceps*, Azor. *d. lib.6. cap.8. q. 7.*

24 Attento jure noviſſimo Concilij Trident. *ſeſſ.24. de reform. cap.18. in princ.* debet Epiſcopus ſtatim habita notitia vacationis Eccleſiæ (ſcilicet Parochialis) antequam ullum fiat examen (ut declaravit ſacra Congr.) ſi opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis aſſignationem conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore provideatur, de quo Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.2. lib.2. cap.26.num.28.* Franc. Leo *in theſauro Eccleſ. p.2. cap.18.n.52.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.575. in 1. edit. & reſol.495. num.3. in 2. edit.* Vivian. *in praxi juriſp. p.2. lib.8. c.8.* Caſtro Palao *d. punct.8. num.8.* etiamſi inſtitutio pertineat ad inferiorem, Franc. Leo, & Vivian. *dictis locis*, vel ad collationem aliorum, ut reſolvit Nicol. Garcia *de benefic. p.9. cap.2. num.10.* Et ita Commendæ, quæ ad ſex menſes in Eccleſiis Curatis fieri poterant ab Ordinariis, juxta *cap. nemo deinceps*, amplius poſt Concil. locum non habent, cùm debeat in eis deputari Vicarius ad formam ſupradictam relatam in Concil. Trident. *dict. cap. 18.* Ita declaravit *Sacra Congr.* teſte Nicol. Garc. *d. p.4. cap.4. n. 15.*

25 Eò tendunt verba illa, *ſi opus fuerit*, quia in eadem Eccleſia poſſent adeſſe alij Miniſtri Sacramentorum, qui interea curam quoque illam, quæ ad defunctum ſpectabat, exercerent, vel aliqui vicini Parochi libenter illam præſtarent, aut alij ſimiles caſus evenirent, quibus appareret, non opus eſſe conſtituere alium Vicarium. *S. Congr.* deciſum refert Nicol. Garcia *d. cap.2. num. 13.*

26 Vicario Parochiali ſimpliciter dato, non omnes fructus, ſed congrua portio debetur, nec Epiſcopus à principio fructus omnes eidem aſſignare poteſt, niſi ad congruam portionem, & ſuſtentationem eſſent neceſſarij, Navar. *conſil. 5. ſub tit. de offic. Ord. in novis*, Sayr. *in floribus deciſ. eodem tit. deciſ.17.* Nicol. Garcia *d. cap.2. num.16.* & *num.19.* dicit in Rota
27 deciſum † hujuſmodi Vicarij deputationem non eſſe de forma concurſus, & proviſionis, de quo pleniùs *Alleg. ſeq.*

ALLEGATIO LX.

Epiſcopus in habendo concurſum ad Parochiales Eccleſias vacantes, quomodo ſe gerere debeat?

SUMMARIUM.

1 *Vicarium conſtituere quando debeat Epiſcopus, occurrente Parochialis Eccleſiæ vacatione, oſtenditur.*

2 *Vicarij deputatio ab Epiſcopo facienda in vacatione Parochialis Eccleſiæ, poteſt impediri à collitigantibus, etiam interpoſita appellatione ab electione œconomi.*

3 *Vicarij deputatio occurrente Parochialis Eccleſiæ vacatione ſpectat ſemper ad Epiſcopum, vel illo defuncto, ad Capitulum Sede vacante, in cujus diœceſi Parochialis exiſtit, etiamſi ejus inſtitutio pertineat ad inferiorem.*

4 *Caſus proponitur, qui accidit in vacatione Theſaurariæ, de qua Auctor proviſus fuit, circa commendationem Parochialium dictæ Theſaurariæ annexarum, inter Illuſtr. Archiepiſcopum Bracharen. & Collegiatæ Vimaren. Priorem.*

5 *Commendare Eccleſiam, ſeu beneficium non poteſt inferior Epiſcopo.*

6 *Natale ut unuſquiſque diligat naturale eſt.*

7 *Vimaranum oppidum quondam Luſitaniæ caput, ubi primus ejus Rex natus fuit.*

8 *Vimaranum oppidum antiquiſſimum eſt.*

9 *Vimaranum multis Sanctorum corporibus exornatur.*

10 *Beati Gualteri corpus, qui fuerat Seraphici P. Franciſci diſcipulus, in Cœnobio ſancti Franciſci oppidi Vimaranen. ſitum eſt, ac multis claret miraculis.*

11 *Collegiata Eccleſia Vimaranen. Luſitaniæ inter omnes inſignis, & antiqua eſt.*

12 *Conſtitutio Pij V. refertur.*

13 *Concurſus in vacatione Parochialis Eccleſiæ debet fieri juxta formam Concilij, aliàs collatio erit nulla, & Papæ poſtea reſervatur.*

14 *Concurſus confertur per viam regulæ circa beneficia quæ curam habent animarum.*

15 *Concurſus in beneficiis Curatis reſervatis Sede Apoſtolicæ, quomodo faciendus, oſtenditur.*

16 *Concurſûs edicta debent proponi ſi beneficium Curatum juriſpatronatus Eccleſiæ in menſibus Apoſtolicæ Sedi reſervatis vacaverit, & Ordinarius nulla habita ratione patronorum idoneum eligere, ac Romam mittere poteſt.*

17 *Concurſûs forma, quam Concilium præſtitit in conferenda Parochiali, quæ ſit juriſpatronatus more Eccleſiaſtici, ſervanda eſt, etiamſi Eccleſia ſit juriſpatronatus partim Eccleſiæ, partim laici, vel pro duabus partibus pertineat ad laicum.*

18 *Examen per concurſum fieri non debet in vacatione Parochialium, quæ ſunt juriſpatronatus laicorum, ſed ſufficit quod in Diœceſana Synodo deputatus, & idoneus judicetur.*

19 *Examen per concurſum in vacatione Parochialium, quæ ſunt juriſpatronatus laicorum quando ſunt plures præſentati, pertinet ad Epiſcopum, qui eligere poteſt, quem cæteris magis idoneum judicaverit.*

20 *Juriſpatronatus devolutum ad Ordinarium confertur per concurſum pro ea vice.*

21 *Examen per concurſum fieri non debet in reſignationibus*

tionibus Parochialium factis in manibus Papæ in favorem.

22 *Concil. Trid.* sess. 24. cap. 18. de reform. *ibi*, per resignationem in Curia, *declaratur.*

23 *Examen per concursum quando requiritur in permutationibus Parochialium, ostenditur.*

24 *Abbatiæ dignitas concursu non confertur, quamvis unita sit ei perpetuò, & accessoriè Parochialis Ecclesia.*

25 *Dignitas, quæ Parochialem perpetuò, & accessoriè unitam habet, concursu non confertur.*

26 *Parochialis Ecclesia, quæ est unita Canonicatui, concursu non confertur.*

27 *Parochialis, cui unitus est Canonicatus, assumit naturam, consuetudines, & privilegia illius.*

28 *Beneficium Curatum, quod verè est dignitas, non est conferendum per concursum.*

29 *Dignitas habens curam animarum in Ecclesiis Collegiatis, concursu non confertur, nec in illa examen est necessarium, quale requiritur in Parochialibus.*

30 *Cura animarum, quæ in Ecclesia Collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, concursu non confertur.*

31 *Parochialis Ecclesia quando est subjecta Monasterio, vel annexa, seu de ejus mensa, concursu non confertur.*

32 *Vicariæ perpetuæ Parochialium unitarum concursu non conferuntur.*

33 *Beneficia Regularia, quæ Regularibus conferri consueverunt, concursu non sunt conferenda.*

34 *Prioratus Regulares habentes curam animarum soliti commendari sæcularibus, concursu non conferuntur.*

35 *Parochiali, quam quis acquirit per regressum, non est necessarium examen per concursum, si eam jam possedit.*

36 *Beneficia simplicia concursu non conferuntur.*

37 *Parochialis litigiosa concursu non confertur.*

38 *Parochialis quando esset exigui redditus aut nullus esset, qui velit examinari, vel ob dissidia, aut graviores rixas, absque concursu conferri potest.*

39 *Approbatus, & electus per concursum, si non vult consentire pensioni, quæ à Papa super beneficio reservatur, tunc Papa solet beneficium alteri conferre absque concursu.*

40 *Inferiores Episcopo habentes jus conferendi non possunt facere concursum.*

41 *Vicarius Episcopi, etiam Episcopo non impedito potest mandare, ut coram se examen fiat.*

42 *Inferiores exempti habentes proprium districtum, & Episcopalem jurisdictionem, habent facultatem faciendi concursum.*

43 *Edictum est de substantia, atque de forma in concursu Parochialium.*

44 *Edictum debet apponi ab Ordinario loci, ubi existit beneficium, & ibidem examen est peragendum, etiamsi ab Ordinario alterius diœcesis sit conferendum.*

45 *Edictum debet remanere affixum ad valvas Ecclesiæ per spatium decem dierum, quod per aliud simile poterit prorogari, non ultra.*

46 *Termino elapso per edictum ad examen constituto, nullus est admittendus, quod limitatur certis in casibus.*

47 *Termino edicti transacto, omnes qui descripti fuerint, ab examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis examinari debent.*

48 *Examinatores semel in Synodo deputati, si Synodus quotannis non fiat, munus suum debent exercere, donec Synodus habeatur.*

49 *Examinatorum Synodalium officium expirat, si anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint.*

50 *Examinatores Synodales si non adsint eo tempore, quo debet fieri provisio per concursum, potest Episcopus, non obstante Concilij forma, deputare alios examinatores absque celebratione Synodi.*

51 *Concursus faciendus est, etiamsi unus tantum, ubi alij non adsunt, se describi faciat ad illum cui, si idoneus inveniatur, beneficium est conferendum.*

52 *Examinatores synodales nihil prorsus occasione examinis, nec ante, nec post accipere possunt.*

53 *Examinatoribus deputatis in Synodo pro concursu Parochialium, non potest Ordinarius statuere aliquod stipendium, etiam minimum, nisi contrarium usu receptum sit, ut in aliquibus Hispaniæ Ecclesiis.*

54 *Simoniæ vitium cur tam ipsi Examinatores, quàm alij dantes incurrant, ostenditur.*

55 *Simonia committi potest ex parte competitorum, si duo concurrentes ad beneficium, alter ad impedimentum tollendum alij pretium det, ut à concursu desistat, & sic solus existens ipse obtineat.*

56 *Simonia committitur, si fieret pactio, quod alter alteri in concursu defectus, vel exceptiones non opponat.*

57 *Examinatores ad beneficia scientiam examinandorum, juxta beneficiorum qualitatem debent attentè rimari.*

58 *Dignitates omnes, & saltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis insignibus, ubi id commodè fieri potest, hortatur Concilium, ut nonnisi Doctoribus, vel Licentiatis in Theologia, aut Jure Canonico conferantur.*

59 *Dignitatibus sine Sedis Apostolicæ authoritate licet onus imponere, quod quis nisi Graduatus non possit eas obtinere.*

60 *Archidiaconi, qui vel curam habent animarum, vel jurisdictionem, in omnibus Ecclesiis, ubi id fieri potest, Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel Jure Canonico debent esse.*

61 *Decanus nullo Concil. Trident. decreto jubetur, ut necessariò sit Magister, seu Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Jure Canonico.*

62 *Scholastria conferenda est Doctori, vel Magistro, aut Licentiato in Theologia, vel Jure Canonico, aliàs provisio est nulla.*

63 *Dignitas principalis in Ecclesia Collegiata exempta conferri debet Doctori, vel Licentiato, ut principalis Dignitas in Cathedrali, non tamen necessariò.*

64 *Dignitas principalis in Collegiata requirit ætatem vigintiquinque annorum incœptorum, cùm habeat curam animarum in foro interiori, & exteriori.*

65 *Dignitates in Cathedralibus possunt obtineri ab habentibus ætatem viginti duorum annorum, nisi habeant curam animarum principaliter, secus si accessoriè.*

66 *Ætas viginti duorum annorum quæ requiritur ad Dignitates in Cathedralibus, debet esse completa, & non sufficit si vigesimus secundus annus sit incœptus.*

67 *Dignitates in Collegiatis possunt obtineri ad habentibus decimumseptimum annum.*

68 *Pœnitentiarius Canonic. Ecclesiæ Cathedralis debet esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Jure Canonico, & annor. 40. seu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur.*

69 *Canonicatus in Cathedralibus quam requirat scientiam, ostenditur.*

70 *Canonicatus in Cathedralibus quam requirat ætatem, sub distinctione demonstratur.*

71 Cano

71 *Canonicatus Collegiatarum Ecclesiarum possunt obtineri ab habentibus ætatem quatuordecim annorum ex dispositione Concilii, etiamsi habeant Parochiales sibi accessoriè unitas.*

72 *Beneficium simplex consequi volenti satis est si Canonicas Horas recitare, ac construere sciat.*

63 73 *Beneficium simplex nullus ante decimumquartum annum potest obtinere.*

74 *Beneficium simplex ex dispensatione Summi Pontificis infanti potest conferri.*

75 *Episcopus non potest indulgere cuiquam, ut ante decimumquartum annum incœptum beneficium simplex obtineat, quod si faciat, peccabit mortaliter, & collatio erit nulla.*

76 *Beneficium simplex ut possit obtineri, sufficit quod decimusquartus annus sit cœptus, quamvis non expletus.*

77 *Fundationi standum est, qua statutum fuit, ut beneficium simplex etiam minor quatuordecim annorum consequi valeat, cum ei non fuerit derogatum per Concilium Tridentin.*

78 *Ætas quatuordecim annorum, qua desideratur ad beneficium simplex requiritur, etiamsi illud daretur per viam præsentationis, electionis, aut alterius cujuscumque provisionis.*

79 *Pensio non potest obtineri, nisi habente ætatem quatuordecim annorum.*

80 *Curata beneficia quam peritiam flagitent, ostenditur.*

81 *Curata beneficia qui vult obtinere, debet esse constitutus in ætate vigintiquinque annorum incœptorũ.*

82 *Curati beneficii collatio potest fieri prima tantùm tonsura initiato, dummodo in ea sit ætate, ut intra annum ad Sacerdotium promoveri possit.*

83 *Beneficium Curatum obligat ad promotionem Sacerdotii spatio unius anni, aliàs vacat Parochia ipso jure.*

84 Cap. licèt Canon. de elect. lib. 6. *declaratur.*

85 *Præsentatus, seu electus ad beneficium, potest absens institui ab Episcopo, si ei notum sit esse idoneum notoriè.*

86 *Examen in Parochialibus præcisè necessarium est, nec omitti potest, ex eo quod provisus notoriè dignus sit, etiamsi esset famosissimus Doctor, vel Vicarius Episcopi.*

87 *Nicol. Garcia reprehenditur.*

88 *Marcus Aurelius Meraldus Papæ Datarius laudatur.*

89 *Examinatus, & approbatus semel ad unum beneficiũ simplex, non amplius examinatur ad aliud simile.*

90 *Beneficium superius qui est adeptus, examinari denuo debet, si ad simile beneficium promoveatur, in Ecclesia tamen vel loco ampliori, majorive, aut nobiliori.*

91 *Examinari denuò debet promotus ad simile, & æquale beneficium, si in priori examine minus idoneè, & aptè respondit, aut si creditur eum post examen se negligenter in studio litterarum gessisse.*

92 *Examinatores peracto examine debent eos ex communi sententia renunciare Episcopo, quos idoneos repererint, vel data causa eos ad Ordinarium remittere.*

93 *Examinatores ab Episcopo, vel Vicario, quibus beneficia providere incumbit, tenentur significare, & subscribere quis sit dignus, & quis dignior sub peccato mortali.*

94 *Examinatorum relatio quominus executionem habeat, non potest impediri per ullam devolutionem, aut appellationem, etiam ad Sedem Apostolicam interpositam.*

95 *Examinatores tenentur examen facere de ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, itaut non sufficiat solùm de scientia.*

96 *Examinatorum vota quomodo danda, ostenditur.*

97 *Examinatoribus non incumbit, sed ad Episcopum spectat eligere ex approbatis magis idoneum, sub peccato mortali, licèt in foro exteriori non invalidetur actus, si prætermisso digniore eligatur dignus.*

98 *Restituendi nulla obligatio contrahitur, si digniore prætermisso dignus eligatur, cum nullum justitiæ jus per oppositum illi acquiratur.*

69 *Beneficium digno Diœcesano, omisso digniore alterius diœcesis, absque peccato conferri potest.*

100 *Beneficium digno ubi confertur omisso digniori cum exiguitate damni, non committitur peccatum mortale.*

101 *Graduatus in aliqua scientia, & litteratus, & majori habilitate præditus præfertur has qualitates non habenti.*

102 *Doctus minus, modò idoneus, cujus mores sunt noti, & approbati, præfertur doctiori, cujus vita ignoratur.*

103 *Dignus de gremio Ecclesiæ potest eligi, posthabito digniore extraneo.*

104 *Appellans à judicio, seu electione examinatorum quomodo audiendus sit, ostenditur.*

OCCURRENTE Parochialis Ecclesiæ vacatione, debet Episcopus statim, illius habita notitia, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur, ut habetur in Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 18. colligitur ex adductis per Bornign. *decis.* 11. *num.* 53. *part.* 3. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 52. Lambert. *de jurepatron. lib.* 2. *part.* 2. *q.* 1. *num.* 29. Iacob. de Graffiis *in aureis decis. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 28. Filliuc. *tract.* 41. *de benefic. c.* 4. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 31. *n.* 12. me citato *in hoc loco* Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. part.* 5. *cap.* 9. *n.* 17. me sæpè citato *in hoc loco*, Castr. Palao *in opere morali tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 3. *punct.* 2. *à princip.* Aloys. Ric. *in praxi fori Eccles. decis.* 575. *in prima edit. & resol.* 495. *n.* 3. *in secunda edit.* ubi etiam cum Bornign. *decis.* 37. *n.* 51. *&* 52. *part.* 2. resolvit non posse impediri à collitigantibus, etiam interposita appellatione ab electione œconomi. Vivian. *in praxi jurispatr. p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. 1

Deputationem Vicarii cum congrua esse de forma concursus, & Ordinarium posse in hujusmodi Vicarios deputare alios viciniores Parochos, vel alios etiam hebdomadarios, vel diurnos, nec cessationem congruæ facere cessare obligationem deputationis Vicarii, tenet, me citato, *in hoc loco* Castro Palao *d. disp.* 3. *punct.* 2. *num.* 2. post Nicol. Garc. *de benefic. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 13. novissimè post primam hujus tractatus impressionem visus Ioan. Anton. Mass. *in sua praxi habendi concursum, requis.* 1. *dub.* 1. secundum Romanam impress. & *dub.* 2. asserit Vicarium cum congrua esse constituendum in qualibet Parochiali vacante, sive de Iure, sive de facto, sive de facto tantùm, sive per obitum, sive per simplicem resignationem, aut privationem vacent. Unde illa verba Concil. *d. c.* 28. ibi, *si opus fuerit*, quæ videntur importare arbitrium, referuntur ad nudum modum in hac parte providendi, id est, vel per Vicarium, vel per mercenarium aliquem ministrum, non autem ad omni modo neglectum, Lott. *d. q.* 31. *num.* 14. Et hujusmodi Vicarium cum congrua deputandum, dummodo sit idoneus, non esse necessariò examinandum docet Massobr. *d. requis.* 1. *dub.* 12. Et 2

cum

cum Concil. Trident. *citato loco* dicat *statim*, posse tamen Episcopum constitutionem hujusmodi Vicarii usque ad tres dies à die notitiæ vacationis, non autem ulterius differre, resolvit idem Massobr. *d. requis.* 1. *dub.* 15. Constitutum semel Vicarium cum congrua non posse removeri sine causa, quia Episcopus non retractat, quod semel fecit pro exequutione Concilii, tenet idem Massobr. *de requis.* 1. *dub.* 26. ubi *dub.* 27. ait quod si Vicarius constitutus cum congrua subeat examen, & eligatur tanquam magis idoneus, debet se retrahere à prosecutione exercitii curæ, & administratione bonorum, alioquin incurreret pœnam *cap. avaritiæ, de elect. in* 6. quod etiam tenet Nicol. Garc. *part.* 9. *c.* 2. *n.* 25. *&* 34. licèt contradicat Castr. Palao *d. disp* 3. *puncto* 2. *n.* 5. congruam portionem assignandam Vicario esse arbitriam Episcopo, statuit. *Concil. citato loco*, quamquidem pensatis qualitate personæ beneficii & loci, arbitrari debere Episcopum, referunt decisum Garc. *de benefic. part.* 9. *c.* 2. *n.* 15 & Mass. *d. requis.* 1. *dub.* 25. me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. puncto* 2. *n.* 4. Et posse esse duorum aureorum singulis mensibus, asserunt Gallet. *in margarita casuum Conscient. verb. Vicarius* 8. & Campan. *in diversorio Iuris Canon. rub.* 7. *c.* 6. *n.* 116. *in fine.*

3 Deputationem Vicarii donec provideatur in Rectore, spectare semper ad Episcopum in cujus diœcesi Parochialis est refert decisum Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarra, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcop. n.* 86. Ac proinde inferiores, qui non habeant jurisdictionem quasi Episcopalem cum facultate congregandi Synodum, non posse deputare hujusmodi Vicarium resolvunt Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 2. *c.* 18. *c.* 52. Nic. Garc. *d. c.* 2. *num.* 8. Massobr. *de requis.* 1. *dub.* 8. *&* 11. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 31. *n.* 12. *&* 13. ubi citat Germon. *de indult. Cardin. §. quibusvis, sub n.* 27.

4 *ad fin. vers. de hac tamen.* † Et in facto proprio habui; nam cum vacaret anno præterito Thesaurariæ dignitas insignis Ecclesiæ Vimaren. cui unitæ sunt accessoriè, & in perpetuum duæ Parochiales, & in hac Curia à S.D. Paulo V. felicis recordationis ad eá provisus fuissem, in partibus dubitatum fuit me absente & adhuc possessionem non habente, ad quem pertineret prædictarum Parochialium commendatio? Illustrissimus Dominus meus Archiepiscopus Bracharen. in cujus diœcesi sita est prædicta Vimaren. Eccles. de jure illas commendare, Vicariósque constituere ad se pertinere allegabat. At Reverendiss. prædictæ Eccles. Prior, seu ejus Vicarius, ad se hujusmodi Parochialium commendationem spectare dicebat, eo quod prædicta insignis Ecclesia, licèt sub districtu Bracharen diœcesis sita fuisset, ab Archiepiscopi tamen jurisdictione quasi exempta apparebat; sed hoc non obstante, Illustrissimo Archiepiscopo hoc pertinere libenter sum aplexus; quia omnia beneficia qualitercumque exempta, atque Parochiales, sive sæculares, aut Regulares circa curam animarum subjiciuntur Episcopis, juxta dispositionem Conc. Trid. *sess.* 25. *de Reg. c.* 11. & Episcopo incumbit providere de Vicario, qui illius curá teneat, donec provideatur de Rectore, etiamsi institutio pertineat ad inferiorem, ut resolvunt

5 supra citati: tum quia † commendare Ecclesiam, seu beneficium, non potest inferior Episcopo, etiamsi jus habeat conferendi beneficium privilegio, præscriptione, vel consuetudine, nisi habeat jurisdictionem quasi Episcopalem, ut cum Flamin. Nicol. Garc. Azor. Flor. de Mena, ac pluribus aliis resolvi suprà *alleg. præced. n.* 12. tum etiam, quia cùm hoc à Concilio sit Episcopis, concessũ, non potest Prælatus Eccles. Collegiatæ, quamvis exemptæ, qui non habeat jurisdictionẽ quasi Episcopalem, hanc commendationem facere, prout à simili in suppressione præbendarum in terminis Concil. Trident *sess* 24. *de reformat. c.* 15. dicit decisum à Sacra Congreg. Moneta *de distribut. quotid. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 30. Et quia in præsentiarum opportunissima sese offert insignis Ecclesiæ Vimaranen. memoria, aliqua de illius antiquitate à me sunt dicenda, licèt aliquatenus à suscepta materia discedere videtur cum ad hoc nativus patriæ amor, & charissima parentis, & propinquorum recordatio me impellant, quia

† naturale est, ut unusquisque natale diligat, & nihil 6
dulcius habeat, quàm patriam, *l. qui habeat*, & *ibi gloss. ff. de legatis* 3. Chassan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 12. *consider.* 17. Aviles *ad c.* 1. *præter. verb. tierra n.* 13 *fol.* 45. *verso.* 7

Vimaranum oppidum, vulgo *Guimaraens*, nostræ quondam Lusitaniæ caput, ubi primus ejus Rex fuit natus, octavo à Brachara milliario distans, anti-
quissimum est, cujus nomen † à Gothis habitatoribus 8
originem duxit, scilicèt à Vimarano Infante Regis, Fruelæ fratre, de quo Ambros. de Morales *in chron.*
Hispan. q. 3. *fol.* 30. *verso, & fol.* 33. refert † prædictum 9
Vimaranum à fratre Fruela mortuo anno 768. mul-
tis Sanctorum corporibus exornatum; † habet enim 10
in cœnobio Sancti Francisci Beatum Gualterum ejus discipulum, qui hodie multis claret miraculis, de quo agunt Reverend. Gonzaga *in lib. Monasteriorũ Ordin. in Provincia Portugal. monast.* 3. Estazo *in antiq. Lusit. c.* 29. in humanioribus litteris supra modum doctus novissimè Illustriss. D. Acuña *in historia eccles. S. Ecclesiæ Brachar. p.* 2. *c.* 27. ubi adducit Epitaphium ejus sepulchro unico versu impositum.

Gualteri tegit hoc venerabilis ossa sepulchrum.

Quod à charissimo parente meo compositum, ejus sepulchro ab eo structo fixum extat. Et in sancti Dominici monasterio summa veneratione sepulchro ab eo-
dem parente meo extructo conditum manet † corpus 11
Beati Laurentii Mendi, è Sancti Dominici familia alumni: hoc versiculo.

Hic sita Laurenti Mendez sunt ossa Beati,

ut referunt idem Illustriss. D. Acuña *in d. historia, p.* 2. *c.* 33. Ludou. à Sousa *in histor. S. Dominici, lib. c.* 15. *&* 16. & Estazo *cap.* 52. Nostra Collegiata Ecclesia Lusitaniæ inter omnes insignis, & antiqua est, circa annum 929. ut refert Illustriss. D. Acuña. *d. p.* 2. *c.* 7. *n.* 6. ubi *n.* 7. ex eo de Oliva hanc insignem Ecclesiam vocari asserit propter miraculum, quod ibi die 8. Sept. 1342. obvenit regnante in Lusitania Rege Alphonso IV. In decentiori loco constructa cum nobili Priorali palatio, Sancti Benedicti Monialium quondam Cœnobium fuisse constat, conditumque anno à partu Virginis nongentesimo decimonono. Hæc ædificii forma sub Beatæ Virginis tutela, quæ de Oliva nuncupatur, Ioannis Regis Lusitaniæ hujus nominis primi sumptu, & munificentia primùm extructa, exteriùs magnifica, gratissimaque prospectu, intus triplici testudine conformata, Beatum Damasum Pontificem Maximum patronum, & convicem agnoscit, Illustriss. D. Acuña *in d. historia, p.* 1. *c.* 151. Itemque Torcatum Sancti Iacobi Hispaniarum Præsidis, ut creditur, discipulum; est enim ipsius corpus ad duo milliaria sepultum in templo, quod Monasterium olim Sancti Augusti fuerat, nunc tamen unitum mensæ Capitulari hujus Collegiatæ Ecclesiæ existit. Illustriss. D. Acuña *in d. historia, p.* 1. *c.* 100. *n.* 8. Sex adsunt in Capitulo dignitates, ultra primam absentem, præbendæ viginti Octo. His omnibus Prior dignitas præest, qui Vicariũ nominat, ad quem minora crimina in Primatiali Visitatione referuntur, ad Primates verò graviora. Hujus insignis Ecclesiæ ad gloriam Omnipotentis Dei Thesaurarius Major sum, post Priorem secunda dignitas, Præbendam unam cum duabus Parochiis illis accessoriè, & in perpetuum unitis habeo, substituo minorem Thesaurarium, cui omnia excellentiora traduntur vasa multa argentea deaurata, vaporaria, lebetes, & cocleria magnifica. Sed inter omnia excedit majoris pretii argenteum tabernaculum Natalis, Epi-

phaniæ,

phaniæ, & Passionis Christi Domini figuris decoratum, ducentas quinquaginta, & quatuor habens libras argentei ponderis, singulis libris sexdecim uncias continentibus. Hîc Sanctæ cujusdam caput argẽto inclusum colitur, cujus nomen temporis oblivione deletum, sed multis clarum miraculis. Reliquiæ aliæ quamplures, & insignes, sacrosancti ligni fragmentum, Beatæ Virginis tunicæ pars, ac singulæ Apostolorum omnium particulæ.

12 Ad assumptum præsentis quæstionis redeundo advertendum, quod post deputatum in vacanti Ecclesia Rectorem intra decem dies Episcopus eligere debet aliquas personas, vel concursu proposito invitare, qui se velint subdere examini examinatorum deputatorum Synodo diœcesana: demum verò unum ex approbatis ab examinatoribus, quem ipse judicaverit providere de vacante Ecclesia. Et quidem neminem providere debet de Parochiali sine prævio hujusmodi examine, vel concursu, alioquin provisio esset omnino nulla ex Constitut. Pii Papæ V. quæ sequitur.

In conferendis beneficiis Ecclesiasticis, & præsertim Parochialibus Eccles. personis dignis, & habilibus, quæ in loco residere, & per seipsos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat Alex. III. in Lateran. & Greg. X. in Lugdun. generalibus Conc. Innoc. similiter III. & aliorum Romanor. Pont. prædecessorum nostrorum editæ constitutiones testantur; quod ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, ut occurrente vacatione Parochialis Ecclesiæ, etiam generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti in favorem sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalium, aut aliàs quomodolibet reservatæ, vel affectæ, debeat Episcop. habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore provideatur. Et deinde Episcopus, & qui juspatronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum, aliquos clericos ad regendam Ecclesiam idoneos examinatoribus juxta formam ejusdem Synodi deputatis, nominet, & nonnisi eisdem examinatoribus per concursum aliorum examinatorum, etiã tanquam magis idoneo ab Episc. judicato, & electo de Eccles. provideatur, aliàs provisiones, seu institutiones omnes præter formam prædictam factæ subreptitiæ censeantur. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendum sit, ne propter Constitutionum hujusmodi transgressionem maximi abusus oriãtur. Nos ad quorum notitiam non sine gravi nostra molestia pervenit, nonnullos ex venerabilibus Fratribus nostris Archiep. & Episc. occurrente vacatione Paroch. Ecclesiarum, eas nullo, aut minus ritè servato examine, præsertim illo, quod per concursum fieri debet ex Conc. Trid. vel etiam examine ritè servato, personis minus dignis carnalitatis, aut aliæ humanæ passionis affectum, non rationis judicium sequentes, contulisse, & de eis providisse; volentes quantum cum Deo possumus, hujusmodi, atque etiam futuris periculis occurrere, eorundem Prædecessorum nostrorum Constitutiones præfatas etiam innovando, auctoritate Apost. tenore præsentium, omnes & singulas collationes, provisiones, institutiones Paroch. Ecclesiarum ab eisdem Episcopis & Archiep. ac quibusvis aliis collatoribus, tam Ordinariis quàm delegatis, etiam S.R.E. Cardinalibus, ac Sedis Apost. Legatis, vel Nuntiis, præter, & contra formam ab eodem Concil. Trid. præsertim in examine per concursum faciendo præscriptas factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti, fore & esse, nullumque provisis jus, aut titulum, etiam coloratum possidendi præbere, & Parochiales Ecclesias hujusmodi, quæ vacabant, ex tunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easque omnes eorum, quibus jus conferendi eas, præterquam Episcopis & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis juxta decretum ejusdem Concilii habere debent, competet dispositioni reservamus. Insuper ne Parochiales Ecclesiæ diu in suspenso maneat, in maximum animarum periculum, quarumcunque Parochialium Ecclesiarum, quarum dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas, & quosvis alios Ordinarios collatores in mensibus Ordinariis collatoribus etiam per nostras regulas assignatis provisio, & collatio spectat, & pertinet, de quibus iidem Episcopi & Ordinarii prædicti intra sex mensium spatium à die vacationis earundem, perfecto examine juxta formam Conc. Trid. præfati non providerint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis, & dictæ Sedi generaliter, vel specialiter ex quavis causa reservatæ, seu affectæ existunt, aut aliis ex indulto Sedis Apost. competunt. ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi, & Archiepiscopi præfati personas pro examine concursu mutuo habito juxta dicti Conc. Trid. formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel successoribus nostris, aut iis, ad quos collatio spectabit pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spatium à die illius vacationis non significaverint, necnon Parochialium Ecclesiarum similium, quæ juris patronatus Ecclesiastici, vel laïcorum, seu clericorum, & laïcorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis à jure præfixum, prævio examine juxta formam dicti Concilii approbatus petatur institui, institutioque ipsa per duos menses à die præsentationis dilata fuerit, collationem, provisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem nobis, & ipsi Sedi, ac personis indulta hujusmodi conferendi, providendi, seu instituendi obtinentibus respectivè reservamus, data tamen in Parochialibus juris patronatus optione ipsis patronis, ut si institutio ad Ordinarios spectabit, ipsis Ordinariis illã facere negligentibus, & ultra dictos duos menses differentibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem Ordinarium, aut ad Sedem Apost. Prohibentes etiam eisdem Ordinariis ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis, & patronis ab eodem Concil. Trid. ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixum, ultra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant. Districtiùs inhibentes ne quis præter Roman. Pontific. aut alios indulta hujusmodi obtinentes, ut præfertur, quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de hujusmodi beneficiis sic reservatis, ut præfertur, disponere, vel circa illa, etiam per viam permutationis, vel aliàs innovare quoque modo præsumat. Ut autem non solùm dignis, sed magis idoneis repertis juxta ejusdem Concilii decretum Parochiales Ecclesiæ conferantur, volumus & eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilem posthabitis magis idoneis elegerit, possint ii, qui rejecti fuerint, à mala electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit ad viciniorem ordinarium uti nostrum, & Sedis hujusmodi delegatum, aut aliàs ad ipsam Sedẽ Apostol. appellare, ac præelectum ad novum examen coram ipso appellationis judice, & ejus examinatoribus provocare, & constito de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato, Parochialis magis idoneo per eundem judicem appellationis, auctoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum à quo appellatũ fuit, spectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per judicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, provisio, vel institutio spectabit. Hæc tamen appellatio interposita interim non impediat aut suspendat, quominus electio per Ordinarium primo loco facta interim debita demandetur executioni, & provisus ab eadẽ Ecclesia causa appellationis hujusmodi

di pendente non amoveatur. Et si quis à sententia per judicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipsam Apostol. appellabit si secus in pramissis omnibus & singulis actum, & attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane. Volumus autem quod prasentium transumptis manu alicujus Notarii, &c. Dat. Roma anno Incarn. Domin. 1566. 15. *Kal. Aprilis.*

13 Iuxta supradictam Constit. constat in vacatione Parochialis Ecclesiæ debere fieri concursum, juxta formam Concil. Trid. *d.c.* 18. aliàs collatio erit nulla, & Papæ postea reservatur, quæ forma per Episcopum omitti non potest, etiamsi vellet Parochialem conferre personæ quantumcunque notoriæ, doctæ, idoneæ, & & benemeritæ. Ita Rot. *decis.* 151. apud Farinac. *in collect. novissimarum.* Fusch. *de visit. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 20. Cened. *ad Decretum, collect.* 15. *n.* 5. Flamin. *de resig. lib.* 8. *quæst.* 9. *n.* 83. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 9. *c.* 2. *n.* 102. Zerola *in praxi Episc. verb. Parochia,* §. 2. *dub.* 2. ubi dicit decisum, me citato *in hoc loco,* Alzed. *p.* 2. *c* 9 *n.* 7. Aloys. Ricc. *d. resol.* 331. *n.* 2. & *versic. amplia secundò* tenet provisum de Parochiali, non servata supradicta forma, non esse tutum in foro conscientiæ, Massobr. *in d. praxi habendi concursum, requis.* 17. *dub.* & *dub.* 2. asserit formam Concilii circa concursum servandam esse duntaxat ubi Concilium ipsum receptum est, & jam fuerit coacta Synodus, & in ea electi examinatores.

14 Beneficia ea (quod pro regula habemus) concursu conferuntur, quæ curam animarum habent, ut habetur in Concil. *citato loco,* & disponit prædicti Pii V. Constitut. firmat Ugolin. *de potestate Episc. c.* 50 §. 3.

15 *n.* 1. † In beneficiis Curatis etiam reservatis Sedi Apost. & quibuscumque aliis, Ordinarii proponent edicta concursus, & à Sede Apostol. provisio fiat approbato ab examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis, si habet fidem approbationis ab Ordinario, refert decisum Anastas. Germon. *de indultis Card.* §. *quibusvis, n.* 17. Flamin. *de resign. lib.* 10. *q.* 7. *n.* 11. Piasec. *in praxi nova Episc. p.* 2. *c.* 5. *n.* 17. *propè finem,* Gonz. *ad reg. Cancell. gloss.* 6. *n.* 112. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 154. Salzedo *de protect. Reg. tom.* 1. *part.* 3. *c.* 9. *n* 98. etiamsi constet de reservatione, ut quia beneficium vacavit in mensibus Apostol. Marescot. *variar. resol. l.* 1. *c.* 52. *n.* 2. Aloys. Ricc. *resol.* 351. *versic. amplia tertiò* ubi *in vers. amplia* 4. tenet procedere etiam in beneficio reservato, vel affecto specialiter vigore indulti, seu privilegii in favorem S.R.E. Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum, vel etiamsi ejus cura Episcopo incumbat, & per unum, vel plures administretur ut in specie Rot. *in una Gerunden. Sacristia, dec.* 48. *n.* 8. *p.* 1. *divers.*

Beneficia tamen vacantia in Curia, seu apud Sedem, sive per obitum, sive per simplicem resignationem, aut dimissionem ex vi decreti de dimittendo primum incompatibile, solere Datariam providere sine concursu, & sufficere ut examinetur super sufficientia, attestantur Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 6. *n.* 15. Nicol. Garc. *in addit. ad sum. tract. de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 153. Piasec. *in praxi nova Episc. p.* 2. *c.* 5. *n.* 17. *vers. de curatis,* Massobr. *in d. praxi. pral.* 3. *dub.* 3. *num.* 45.

Si beneficium Curatum jurispatronatus Ecclesiæ
16 in mensibus Apost. Sedi reservatis vacaverit, Episcopus ipse Ordinarius nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, & idoneum eligere, ac Romanum mittere cum fide ipsiusmet, Ordinarii à Summo Pontifice instituendum, sicut fit in aliis Curatis, quæ non sunt jurispatronatus: referunt decisum Piasec. *in d. praxi nova Episc. d. c* 5. *n.* 17. *in fine,* Salgad. *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 3. *c.* 9. *n.* 99. Gonzal. *de glos.* 6. *n.* 116. Aloys. Ricc. *d. resol.* 351. *vers. amplia sextò* & addit ad hunc concursum, admitti debere, tam nominatos à patronis, quàm alios, & censuit *Sacra Congreg. in una Florentina Paroch. de anno* 1599. quam declarationem sequuta fuit Rota *in dict. Florentina de eodem anno* 28. *Maii,* coram *Iusto,* eaedm Rota *decis.* 453. *num.* 1. *p.* 1. *recentiss. in posth.* ubi dicitur, quod concursus requiritur nedum in Rectoriis de jurepatronatus Ecclesiastico, sed etiam in Vicariis perpetuis.

Amplia etiamsi Ecclesia Parochialis sit jurispatro- 17
natus partim Ecclesiæ, partim laïci, quia tunc servanda est forma examinis per concursum, quam Concil. præstitit in conferenda Parochiali, quæ sit jurispatronatus merè Ecclesiastici, & idem dicendum est quando juspatronatus pro duabus partibus pertinet ad laïcum, & pro una tantum ad Ecclesiasticum, quia omne mixtum sequitur naturam sui simplicis magis digni, ex Covarr. *pract. c.* 36. *n.* 5. Mandos. *in reg.* 1. *Cancell. q.* 10. *n.* 2. Ludov. Gom. *in c.* 1. *n.* 47. *in fine, de rescript. in* 6. Quare hanc partem tenent, decisumque referunt Gonz. *d. gloss.* 6. *n.* 135. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. juspatronatus, pag.* 145. *col.* 2. Nicol. Garc. *d. c.* 2 *n.* 278. Aloys. Ricc. *d. praxi fori Eccles. res.* 420. *in* 1. *edit. & resol.* 357. *n.* 3. *in* 2. *edit.* Massobr. *in d. praxi pral.* 7. *dub.* 25. *n.* 2. me citato *in hoc loco,* Castr. Palao *dict. punct.* 2. §. 5. *n.* 3. ubi ait hanc resolutionem non habere difficultatem, Marescot. *var. resol. lib.* 1. *c.* 52. *n.* 7. Lotter. *d. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 133. Beltramin. *in annot. ad Greg. XV. dec.* 498. Ferentil. *ad Buratt. decis.* 23. *in fin. vers. & hoc procedit.* Verùm licèt hæc opinio ex tantorum virorum auctoritatibus nobis aliquando placuerit, ab ea nunc in hac ultima impressione recedere cogimur, propter novissimam declarationem *Sacra Congreg. Concilii in una Pisana, sub die* 3. *Februarii* 1628. quæ censuit in collatione Ecclesiæ Parochialis jurispatronatus mixti, id est, partim Ecclesiastici, & partim laicalis, non requiri formam examinis per concursum, quam refert Vivian. *in sua praxi jurispatr. lib.* 10. *c.* 1. *n.* 34. *in appendice, pag.* 760. secundùm novissim. impress. & Ego ipse *in tr. de officio, & potest. Parochi, c.* 2. *n.* 126. & multis tuetur hanc partem Phœbos *Lusit. dec.* 214. *per tot. tom.* 2. ubi refert secundùm eam fuisse judicatum, & multipliciter respondet ad fundamenta contria, latè etiam Gabr. Pereira *de manu Reg. p.* 1. *c.* 7. *à n.* 32.

Parochiales Ecclesiæ quæ absque concursu possunt conferri.

PRimò. In vacatione Parochialium, quæ sunt juris- 18
patronatus laïcorum, examen per concursum fieri non debet, sed sufficit quod deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus in diœcesana Synodo deputatis, & idoneus judicetur. Referunt decisum Lælius Zechius *de republ. Eccles. c.* 28. *de parocho, num.* 6. *pag.* 325. Zerola *in praxi Episc. p.* 1. *verb. Parochia,* §. 7. *pag.* 271. Flamin. *de resignat. lib.* 8. *q.* 9. *num.* 111. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, p.* 2. *c.* 3. *n.* 39. Piasec. *in praxi nova Episcop. p.* 2. *c.* 5. *n.* 18. *in princip.* Less. *de justit. lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 5. 8. & 81. Ugolin. *de potestate Episcopi c.* 50. §. 3. *vers. tertiò* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 6. *n.* 134. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 255. Aloys. Ricc. *in dicta praxi fori Ecclesiast. resol.* 357. *n.* 1. Rota *in una Vlysbonen concursus, prima Iulii* 1611. coram Reverendissimo D. meo Coccino Rotæ Decano apud Farinac. *part.* 2. *tom.* 2. *decis.* 759. *n.* 4. Massobr. *dict. praxi requis.* 7. *dub.* 25. *à num.* 4. Lotter. *dict. lib.* 2. *quæst.* 31. *numero* 129. *cum sequentibus,* me citato *in hoc loco,* Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. & me citato *in hoc loco,* Castr. Palao *dict. disp.* 3. *puncto* 2. §. 5. *num.* 2. † Quando ve- 19
rò plures sunt præsentati, requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantùm; ex his, qui facto examine idonei ab examinatoribus renunciati fuerint,

fuerint Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atque illum, & non alium instituat: referunt decisum Gonzales *dict. gloss. 6. n. 138.* Piasec. *in praxi nova Episcop. d. c. 5. n. 18. v. eveniente*, Vgolin. *dicto loco*, Nicol. Garc. *dict. c. 2. n. 256.* Marescot. *variar. lib. 1. c. 52. n. 11.* Aloys. Ricc. *dicta resolut. 357. n. 2.* Massobr. *dict. requis. 7. dub. 25. n. 5.* Lotter. *d. q. 31. n. 130.* ubi *n. 131.* post Garc. *d. c. 2. n. 257.* Beltramin. *ad Greg. XV. dec. 494. sub n. 3. vers. verùm hoc habet locum*, id restringit quando essent plures, sed inæqualiter præsentati, adeò ut tota vis consistat in hac æqualitate, me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *disp. 3. puncto 2. §. 2. n. 2. vers. quod verum.* Sic etiam juspatronatus devolutum ad Ordinarium, conferri per concursum pro ea vice, refert decisum Galet. *in margarita casuum conscientia, verb. juspatronatus, pag. 145. col. 2.* Salgad. *dict. part. 3. c. 11. n. 89.* quidquid Massobr. *dict. requis. 1. dub. 22.* Marc. Anton. Genuens. *id praxi Archiep. Neapol. c. 66. n. 19.* dicant me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *dict. §. 5. n. 2. in fine.*

20 *Secundò.* In resignationibus Parochialium factis in manibus Papæ in favorem, examen per concursum fieri non debere, referunt decisum Flamin. *de resign. lib. 1. quæst. 7. n. 7.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 416. in 1. edit. & resol. 353. in 2. edit.* Massobr. *in dict. praxi habendi concursum, requis. 23. dub. 3.* me citato *in hoc loco*, Alzed. *dict. part. 2. c. 9. n. 5.* Castr. Palao *dict. puncto 2. § 5. num. 4.* Gonzal. *dict. gloss. 6. nu. 121 cum sequentibus*, ubi etiam resolvit, quod † resignatarius provisus à Papa, vel mandatum de providendo
21 in forma dignum obtinens, dumtaxat examinari debet absque concursu, & approbari, si idoneus repertus fuerit ad curam animarum, sive resignatarius sit præsens in Curia, sive absens in partibus: de quo etiam vide Gutier. *Canon lib. 2. c. 11. numer. 11.* Zerola *in praxi Episcop. pat. 1. verb. Parochia. §. 2. dub. 5. & 6.* Less. *de justit. lib. 2. c. 34. n. 84.* Prosper. de Augustino *in addit. ad Quarant. in summa Bullarii, verb. benefic. pa-*
22 *roch. collatio, q. 3. vers. tertius*, ubi etiam † verba illa in Concil. posita *per resignationem, etiam in Curia*, intelligit de resignatione simpliciter facta, & non de ea, quæ fit in favorem; sic etiam intelligunt Gonz. *d. gl. 6. n. 122. & seq.* Marescot. *var. resol. lib. 1. c. 52. n. 6.* Aloys. Ricc. *d. praxi fori Eccles. res. 351 vers. amplia quintò*, Ugolin *d. c. 50. §. 3. vers. secundò*, me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. §. 5. n. 4. in fine.*

23 *Tertio.* In permutationibus Ecclesiarum Parochialium non requiritur examen: si verò adsit magna inæqualitas numeri parochianorum, vel permutantes non fuissent examinati eo tempore, quo Parochiales adepti, tunc sunt examinandi, sed absque concursu. In permutatinoibus verò quæ fiunt de beneficio simplici & Curato, licèt non sit necessarius concursus, examen tamen necessarium est, refert decisum Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. n. 165.* resolvunt Læl. Zecch. *de Republ. Eccles. c. 28. de Parocho, n. 6.* Flam. *d. q. 9. n. 95.* Thoming. *decis. 129.* Vgolin. *d. c. 40. § 3. versic. septimò*, Less. *d. c. 34. dub. 16.* Aloys. Ricc. *in d. praxi fori Ecclesiast. dec. 419. in 1. edit. & res. 356. in secunda edit.* Filliuc. *d. tr. 41. cap. 4. n. 137.* me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. §. 5. num. 5.*

24 *Quartò* Dignitas Abbatiæ concursu non confertur, quamvis unita sit ei Parochialis Ecclesia, dummodo hæc unio auctoritate Sedis Apostolicæ, ac perpetuò & accessoriè facta sit, referunt decisum Nicol. Garcia *d. cap. 2. numero 193.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 6. num. 13. gloss. 6. num. 192.* Lessius *d. c. 35. n. 82.* me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. § 5. num. 6.*

25 *Quintò.* Dignitas quæ Parochialem perpetuò accessoriè unitam habet, concursu non confertur, referunt decisum Anast. Germon. *de indultis Card. §. quibusvis, n. 7.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 273. n. 48.* Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 193.* me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. §. 5. n. 6.*

26 *Sextò* Parochialis Ecclesia, quæ est unita Dignitati vel Canonicatui, concursu non confertur, referunt decisum Galet. *in margarita casuum conscient. verb. Parochus*, Aloys. Ricc. *d. praxi fori Eccles. dec. 417. in prima edit. & resolut. 354. n. 2. in secunda editione*, & latiùs *resol. 381.* Gonz. *d. gloss. 5. §. 7. n. 2.* tenuit Rot. *in una Vicen. Parochialis Castri Tertioli, 14. Januar. 1511.* coram *R. P. D. Manzanedo*, apud Farinac. *p. 2. recent. decis. 323. n. 8.* me citato *in hoc loco* Castr. Palao
27 *d. § 5. n. 6.* Nam Parochialis, cui unitus est Canonicatus, assumit naturam, consuetudines, & privilegia illius, Petr. de Perus. *in tr. de unionibus Eccl. c. 2. n. 10. & 19.* Navar. *cons. 6. num. 2. de verb. signif. & cons. 6. n. 2. & 3. de major. & obed.* Gonz. *d. gloss. 5. §. 7. n. 2.* & residentia facienda est in Canonicatu, & non in Parochia, Nicol. Garc. *de benef. p. 12. c. 2. n. 23.* ubi *n. 26.* resolvit ad Canonicatum, cui unita est Parochialis, non requiri ætatem 25. annorum.

28 *Septimò.* Beneficium Curatum, quod verè est dignitas, non est conferendum per concursum, refert decisum Galet. *in margarita casuum conscient. verb. beneficium, pag. 24. & v. Canonicus, ult.* refert quoque decisum ad Canonicatum habentem annexam curam animarum, etiam in perpetuum, non esse examinandum.

29 *Octavò.* Dignitas habens curam animarum in Ecclesiis Collegiatis concursu non confertur, nec in illa examen est necessarium, quale requiritur in Parochialibus, referunt decisum Piasec. *in praxi nova Episc. d. cap. 5. n. 18. in fine*, Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 195.* Gonzales *d. gloss. 7. num. 162.* Massobr. *d. prælud. 3. dub. 3. à num 38.*

30 *Nonò.* Cura animarum, quæ in Ecclesia Collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, juxta text. *cap. statutum, de elect. in 6.* concursu non confertur, nam in isto casu cura dicitur esse penes collegium & non penes singulos, aut quemcunque Canonicum, per se, ita ut Canonicus dicatur Curatus referunt decisum Prosper de Augustino *dict. q. 3. vers. quorum primus est*, Ugolin. *dict. c. 50. §. 3. in fine*, Flamin. *dict. q. 9. num. 94.* Gonzal. *d. gloss. 6. n. 158.* Aloys. Ricc. *resol. 358. vers. quartò, & in dec. Curiæ Archiepiscop. Neapol. dec. 370 p. art. 4.* Massobr. *in dict. praxi, requis. 1. dub. 7. n. 6.* me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *dict. §. 5. num. 7.*

31 *Decimò.* Parochialis Ecclesia, quando est subjecta Monasterio, aut annexa, vel de ejus mensa, concursu non refertur, quod Monasterium nominat Rectorem & Episcopus confirmat, me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. §. 5. n. 9.* & fuit resolutum *in una Tirason. juris præsentandi, 23. Maii 1588.* coram *Bubalo*, & *in una Ulyssbon. juris conferendi, 2. Decembris 1605.* coram *Litta*, relata per Farin. *dec. 102. p. 1. tom. 1.* Quando autem dicatur beneficium de mensa Monasterii, vide Rotam *in una Vlyssbon. juris conferendi 13. Iunii 1607.* coram *Illustriss. Lancelloto*, apud Farin. *tom. 1. part. 2. decis. 204.*

32 *Vndecimò.* Vicariæ perpetuæ Parochialium unitarum concursu non conferuntur, sed solùm adnominationem, seu præsentationem illorum quorum Dignitati, vel Ecclesiæ parochialis est unita, & annexa, deputandi, vel instituendi sunt Vicarii autem Ordinarii, seu ejus Vicarii, prævio examine, juxta Constit. Pii V. incip. *Ad exequendum, sub dat. Kalend. Decem. 1567. vers. Volumus insuper.* Ita Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 3. n. 53. & 54.* Filliuc. *in q. moral. tom. 3. tr. 41. c. 4. n. 147.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 32. nu. 21.* Cavaler. *dec. 595.* 4 Buratt. *dec. 214. n. 1. & dec. 303. n. 10. & dec. 931. n. 1. & 2.* referunt decisum Galet. *in margarita casuum conscient. verb. Vicarius 3.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 289.* Aloys. Ricc. *in d. praxi fori Eccles. resol. 358 num. 1. vers. secundò*, Vgolin. *d. c. 50. §. 3. vers. octavò.*

me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d.*§.5.*n.*10. Quotiescumque verò in Vicarium transfertur non solùm exercitium curæ, sed etiam omnimoda cura, habere locum concursum probat Lotter. *d.q.*21.*num.*22. censuit Rota *in una Vlysbon. concursus*, 1. *Iulii* 1612. coram *Reverendiss D.meo Coccino Rotæ Decano*, apud Farin. *part.*2.*recent.decis.* 579.& clariùs *in alia Vlysbonen. concursus* 1. *Iunii* 1615. coram *R. P. D. Remboldo*, apud Farin.*part.*2.*recent.decis.*710 ubi etiam *n.*5. tentum fuit quod nihil refert ad hunc effectum, an Vicarius sit perpetuus, vel ad nutum amovibilis? Et *n.*3. censuit curam totalem beneficii uniti tunc dici esse penes Vicarium, quando ipse percipit omnes fructus beneficii certa portione Rectori Ecclesiæ, cui facta fuit unio, assignata, quod etiam advertit Lotter. *d. quæst.*32 *n.*24. Et ad hoc propositum est bona Rotæ decisio *in una Barcinonen Vicariæ*, 17.*Maij* 1624. coram *Merlino*, ubi sic habetur: *Proposui dubium in decis. coram me in hac causa facta* 9. *Februarii proteriti reservatum, an scilicet concursus intraret? Et Domini dixerunt non intrare, quia stante prædicta decisione, in qua fuit firmatum constare de unione valida, apertè sequitur concursui locum non esse. Cum enim Ecclesia unita omninò suppressa remaneat, & efficiatur prædium illius Ecclesiæ cui ipsa unio facta fuit, utique ejusdem Ecclesiæ Prælatus est etiam Rector & Prælatus Ecclesiæ unitæ, ideoque ad illius nominationem, seu præsentationem deputari, & institui debet Vicarius absque alio concursu, juxta Constit. Pii V. in antiq. Bulla* 46.§.*volumus*,& post alios Garc. *de benef part.*9. *c.*2. *num.*286. Gonzal. *super reg.*8. *gloss.*5.§. 3. *n.* 53. *qui ita censuisse refert Sacram. Congreg. Concil. Trident. & pluries etiam firmavit Rota, & signanter decis.*102. *num.*1.*part.*1.*& decis.*579.*n.*4.*& decis.* 610. *num.* 2. *p.*2.*recent.& in Dertusen.Vicariæ*, 28. *Novembr.*1616. *coram Ubaldo, & in Barcinonensi Vicariæ*, 9. *Decemb.*1616. *coram Buratto. Neque obstat quod conclusio prædicta solùm procedat, quando cura actualis tantùm, sive ipsius curæ exercitium fuit translatum ad Vicarium, secus autem quando in illum totalis utriusque curæ, actualis nimirum, & habitualis translatio facta fuit, juxta distinctionem, quam ex mente dictæ S. Congregat. Concilii amplexa est Rot.decis.*579.*n.*1. *& decis.*710.*num.*1.*part.*1. *recent. in quibus aliæ decisiones referuntur, quoniam in hac unione fuit apertè dispositum, quod Vicarius præsentari deberet ab Archidiacono, & institui ab Ordinario, quod manifestè concursum excludit, & apertissimè arguit curam ipsam quoad exercitium fuisse tantum translatam, quoad habitum verò remansisse penes Archidiaconum, cujus dignitati unio ipsa facta fuit. Rot. decis.* 103.*nu.*14. *vers. & reservantur, part.*1. *& decis.*204. *num.*1.*circa finem, part.*2.*recentior.* Hactenus Rot.*in dict. Barcinonen.*

33 *Duodecimò.* Beneficia Regularia, quæ Regularibus conferri consueverunt, concursu non sunt conferenda, referunt decisum Piasec. *in praxi nova Episc. d.c.*5. *num.*18.*vers.hoc decretum*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar gloss.*6.*num.*162. Nicol Garc. *d.c.*2.*n.*197. Vgolin. *d.*§.3.*vers. quartò.* Aloys. Ricc.*in d. praxi fori Eccles. decis.*421. *in* 1.*edit. & resol.*357. *n.*1. *in* 2. *edit.* Rota *in una Vicen. paroch. Castri Tertioli*, 14. *Ianvar.*1611. coram *R.P.D. Manzanedo*, apud Farin. *p.*2.*recent. decis.*223.*n.*6. Maslob. *d.pral.*3.*dub.*3. *n.*34. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d.* §.5.*n.*1. Quid in beneficiis, seu doctrinis Indorum Curatis, quæ regularibus commendantur? Vide latè Ioan. de Solorzano *de Iure Indiarum tom.*2.*lib.*3.*c.*16.*per tot.* ubi *c.*17. disputat qualiter regulares hujusmodi doctrinas Indorum habentes, sæcularium examini, collationi, subjectioni, correctioni, & excommunicationi subjaceant.

34 *Decimotertiò* Prioratus Regulares habentes curam animarum, soliti commendari sæcularibus, concursu conferuntur, refert decisum Nicol. Garc. *d.c.*2.*n.*199. me citato *in hoc loco*, Massobr. *d.præl.*3. *dub.*3. *nu.*37. me citato etiam *in hoc loco*, Ioan. de Solorzano *d.lib.* 3.*c.*17.*n.*21. me quoque citato *in hoc loco*, Castro Palao *d.*§.5.*n.* 12.

Decimoquartò. In Parochiali quam quis acquirit per regressum, non est necessarium examen; quod intelligendum est, si illam possederit, secus si eam nunquam possederit, refert decisum Nicol. Garc. *d. c.*2. *num.*168.

Decimoquintò. Beneficia simplicia concursu non conferuntur, ut tenuit Rota Romana *in una Calagurritana reductionis motus proprii*, 29. *Mart.* 1592. coram *Illustrissimo Seraphino*, inter ejus impressas *decis.* 942.*n.*6.*&* 7. refert Aloys. Ricc.*d.praxi fori Ecclesiast. decis.*415.*in* 1.*edit.& resol.*352. *in* 2. *edit.* Massobr. *d praxi, præl.*5.*in princ.n.*7.

Decimosextò. Parochialis litigiosa concursu non confertur, quia tunc si alter collitigantium cedat, vel decedat, sive sit possessor Parochialis, sive non, eum ab Ordinario alter subrogari nequeat, ne multiplicentur collitigantes, aut collitiganti supervenienti præjudicium irrogetur, concursus cessat, Flamin. *de resigna. lib.*2.*quæst.*3.*num.*97. Massobr.*in d.praxi, præl.*3.*dub.*3. *à n.*18. Gonzal.*d. gloss.*6.*à n.*142. Aloys. Ricc. *ad resolut.*356.*vers.tertiò*, me citato *in hoc loco*, Castro Palao *dict.*§.5 *num.*8. Quando verò Summus Pontifex noluerit collitigantem subrogare, vel jus demortui in alium transferre, locum habebit decretum Conc. *in dict.cap.* 18. nisi illi Sanctitas sua voluisset derogari, refert decisum Nicol. Garc.*dict.cap.*2. *n.*170.

Decimoseptimò. Parochialis quando esset exigui redditus, ut examinis pro concursu operam non ferret, aut nemo esset qui se dicto examini velit subjicere, aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè graviores rixæ, aut tumultus possent excitari, concursu non confertur, ut disponit Concil.*d.c.*18.*vers.si tamen*, tenet Aloys. Ricc.*d.resol.* 358.*in fine*, Gonzal. *d. gloss.*6.*n.*139. *cum sequentib.* Seraphin. Rotæ Roman.*decis.*942.*n.*10.*p.*1. Campan. *in divers. juris Canon.rub.*5. *c.*3.*n.*10. me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d.*§.5.*n.* 13 *&* 14. Verùm in provisione Parochialis, etiam modici valoris, tres examinatores esse adhibendos resolvit, refertque decisum Galet. *verb.beneficium, pag.*25.*col.*2. quia etiam in impetratione debet fieri mentio de quolibet beneficio, quamvis modico, ut tenuit Rota *in una Calagurit. Canonic.* 8. *Febr.* 1580. coram. *Illustris. Seraph.* nunc inter ejus decisiones impressas *decis.*445.

Decimooctavò Quando approbatus per concursum & electus non vult consentire pensioni, quæ à Papa super beneficio de tempore provisionis reservatur, tunc ipso sic recusante, Papa solet beneficium alteri conferre absque concursu, prævio solo examine simplici ad curam animarum, cum derogatione expressa, vel tacita dicti Concilii, propter decretum irritans, Rota Rom. *decis.*48 *p.*1. *divers.* quam citat Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles.resol.*359.

Decimonònò Quando nullus comparuit, aut certè nullus ex comparentibus vult subire examen, Episcopum assignare debere aliud tempus, sive edictum, & si adhuc nemo comparet, tunc posse Parochiam absque concursu conferri, decisum referunt Nicol. Garc.*d.c.*2. *n.*218. Massobr. *in d.praxi, reg.* 3. *dub.*9. secundùm Romanam impress.

Visis igitur in quibus Parochialibus Ecclesiis, & beneficiis concursus cesset, generaliter, & per viam regulæ in aliis fieri debet, & cùm apertè loquatur Concil. Tridentin.*dict.c.*10. *v. transacto*, ibi, *ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario*, ab inferioribus Episcopis habentibus jus conferendi nõ potest fieri & tenere

tenent Zec. *d. cap.*28. *de Parocho, n.*6. Flamin. *de resignat. lib.*8. *q* 9. *num.* 96. Nicolaus Garcia *d. cap.*2. *num.*121. Germon. *de indultis Cardin.*§.*quibusvis, ad finem*, & sæpiùs decisum fuisse in Rota dicit Aloys. Ricc. *in d. praxi fori Ecclesiastici, resol.* 361. Et ci-
41 tata verba Concil. Trident. non tollunt † quin coram Vicario possit fieri examen, etiam Episcopo non impedito, sed posita esse ad denotandum convenire, quod ab ipso Episcopo, cessante impedimento, fiat examen, resolvit Nicol. Garcia *d. cap.*2.*n.*117. Mas-
42 sobr. *d. reg.*3. *dub* 3. † Inferiores tamen exempti habentes proprium districtum, & Episcopalem jurisdictionem, ac jus congregandi Synodum, habent facultatem faciendi concursum, referunt decisum Nicol. Garcia *d. cap.*2. *num.* 136. Aloys. Ricc. *ubi proximè*, Flores de Mena *variarum, lib.*3. *q.*24. *n.* 21. Flamin. *de resignat. lib.*8. *q.* 9. *num.* 96. Germon. *de indultis Card.* §. *quibusvis, ad fin.* Massobr. *d. praxi, reg.* 1. *dub.* 811. & 12.

43 Edictum esse de substantia, atque de forma in concursu Parochialium, probat Concil. *d. cap.* 18. ibi, *per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari*, Aloys. Ricc. *d. praxi, resolut.*364. me citato *in hoc loco*, Massobr. *in d. praxi, requ.*2. *dub.*3. Quidquid teneant Ugolin. *de officio Episc. cap.* 50.§.4.*n.*3. Garc. *d.*
44 *p.*9. *cap.*2. *n.*36. Castro Palao *d. puncto* 2.§.1.*n.*6.† & debet apponi ab Ordinario loci, ubi existit beneficium, & ibidem examen est peragendum, etiamsi ab Ordinario alterius diœcesis sit conferendum, ut decisum referunt Flam. *de resign. lib.*8. *cap.*9. *n.*102. Gonzal. *gloss.*
45 10. *n.*31. Quod † edictum debet remanere affixum ad valvas Ecclesiæ per spatium decem dierum, Zerol. *in praxi Episcop. p.*2. *verb. Parochia*, & per alios decem dies poterit prorogari, sed non ultra, ut disponit citata Pij V. Bulla, *in* §. *Prohibentes*, prout testatur Zerola *in praxi Episc. d. verb. Parochia*, §.2. *dub.*3. Nicol. Garcia *p.*9. *cap.*2. *n.*46. & 47. Massobr. *d. req.*2. *dub.*8. & 9. Aloys. Ricc. *d. resol.*364. *num.*2. ubi intelligit ex causa probabili, & legitima: unde si prolixior terminus statuatur, quicquid ultra viginti dies fit, nullum est propter decretum irritans, de quo in dicta Constit. Pij V. Seraph. *decis.* 1148. *num.* 4. & ex mente *Sacræ Congreg. super Concilio*, sæpissimè fuisse responsum in Rota refert Lotter. *d. lib.*2. *q.*31. *num.* 41. & me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. puncto* 2. §. 1. *n.*6. *in fin.* Quod quidem edictum non esse necessariò legendum, sed sufficere ut affigatur, tenent Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num.*42. & 43. & Massobr. *d. requis.*2. *dub.*7. contra Zerol. *d. verb. Parochia*, §.2. *dub.*1. Et in eo apponendam esse diem propositi concursus censuit Rota apud Seraphin. *decis.* 148. quam refert Massobr. *d. requis. dub.* 10.

46 Termino prædicto decem, vel ad summum viginti dierum elapso, ad examen nullus est admittendus, ex Seraph. *d. decis.*148. *n.*4. *p.*2. quem citat Aloys. Ricc. *ubi proximè*. In praxi tamen observatur, ut possit Ordinarius aliquem ad concursum admittere, non obstante quod terminus ab eo præfixus sit elapsus, & adversarius, qui comparuerat durante termino, contradicat. Ita resolutum fuit in Rota *in una Calaguritana dimidij beneficij*, 22. *Aprilis* 1602. coram *Ottembergo*, teste Aloys. Ricc. *resolut.* 360. quemadmodum etiam examen factum ante lapsum termini in edicto expressi, nullo postea comparente subsistit. Nicol. Garcia *d. cap.*2. *n.*326. & tenuit Rota *in una Carthag. Parochialis*, 9. *Decembris* 1588. coram *Orano*, teste Aloys. Ricc. *d. resol.* 360. *in fine*. Quando verò termino elapso, & re adhuc integra, alius venit oppositor, admittendus est, prout decisum referunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.*9. §.1. *n.*115. Nicol. Garcia *d. cap.*2. *n.*206. Massobr. *in d. praxi, requis.* me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. punct.*2. §.2. *n.*2. Et hujusmodi oppositio non illi tribuit jus ad rem considerabile, ut tenent Sarnens. *in reg. de jure quæsito q.*1. *n.* 10. Cassad. *decis.*18. *n.*5. *de præbend.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloss.*9. §.1. *n.*89. & fuit dictum *in Barcinon. beneficij*, 15. *Januar.*1625. coram *R. P. D. meo Pirouano.*

Transacto constituto tempore, omnes qui descripti 47
fuerint ab Examinatoribus examinentur, ut disponit Concil. *d. cap.*18. *vers. transacto*; advenientéque vacatione cujuslibet Ecclesiæ tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant; unde Episcopum adhibere debere in concursu plusquam tres Examinatores, sed non pauciores, referunt decisum Nicol. Garcia *part.*5. *cap.*9. *num.* 52. & Massobr. *d. sua praxi, requis.*12. *dub.* 1. etiamsi beneficium sit modici valoris, ampliat Galet. *in margarita casuum Conscientiæ, verb. beneficium, pag.* 25. *col.* 2.

Examinatores debere singulis annis proponi in Synodo ad minus sex, & ab ea Synodo probari statuit Concil. Trid. *d. c.*18. *vers. examinatores autem singulis annis*, &c. & non plus viginti, ut censuit *Sacra Congregat. Concilij Trident. in una Cæsaraugustana Synodi, de anno* 1627. eorúmque officium etiam post annum suæ electionis minimè expirare asserunt Nicol. Garc. *p.*9. *cap.*2. *n.*73. Massobr. *in d. praxi, requis.*11. *dub.*1. ubi *dub.*5. ait Concil. Trid. *d. loco*, nullam formam præscribere super propositione Examinatorum; illos tamen debere proponi nominatim, & non in genere, nisi proponerentur in genere, qui revera tunc extarent, si per hujusmodi genericam expressionē haberetur etiam expressa persona, tenent Nicol. Garc. *d. cap.*2. *n.*339. Massobr. *d. requis.*11. *dub.*3. ubi *dub.*7. ait quod examinator ut dicatur probatus à Synodo, debet dimidiam partem suffragiorum ferre ab iis, qui vocem habent in Synodo. Si ex sex Examinatoribus aliqui intra annum suæ electionis mortui fuerint, totam facultatem examinandi unà cum Episcopo ad superstites etiamsi unus tantùm superesset, spectare debere anno durante, sed in hoc loco demortuorum eligendos esse alios cum approbatione Capituli, referunt decisum Nicol. Garc. *d. c.*2. *n.*8. Massobr. *in d. praxi requis.*12. *dub.*2. Unde Sbroz. *in addit. ad suum tract. de officio Vicarij, lib.*2. *quæst.* 211. dicit *in Sacra Congreg. Concilij*, decisum Vicarium Sede Episcopali vacante in loco examinatorum absentium, vel defunctorum alios auctoritate propria sufficere non posse, sed curare debere ut elapso anno alij in loco demortuorum sufficiantur, seu eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non haberi, qui supererunt. Atque ita quotiescunque occurret casus vacationis Parochialis Sede Episcopali vacante, si supponatur lapsus annus, à quo celebrata est Synodus, & in ea facta deputatio examinatorum aut ex illis adhuc tot non supersunt, qui possint in præfinito numero examini interesse, quia hoc casu est quod imputetur Capitulo, si illicò non curavit convocari Synodum ex hac præcisa causa deputandi novos examinatores, benè intrant resolutiones adductæ per Garc. *d. loco.* Ita Lotter. *d. lib.*2. *q.*31. *n.* 84.

Si verò omnes Examinatores decedunt, vel in longinquas partes recedunt, Episcopum intra annum ad celebrandam Synodum ex antiquis, qui fuerint, sex, & non pauciores subrogare debere, & si non extabunt tot antiqui, eligere posse illos, qui extabunt, & alios supplere de novo approbatos à Capitulo usque ad sex; quod si nulli antiqui extiterint, novos tunc à Capitulo probandos non pauciores sex deputare debere, usque ad futuram Synodum in fine anni à postrema Synodo celebrandam, referunt decisum Nicol. Garc. *d. cap.*2. *n.*73. & Massobr. *d. requis.*12. *dub.*3. & censuit Rota *in Panormitana Archipresbyteratus*, 3. *Decemb.*1618. coram *D. Buratto.* Hæc circa constitutionem Examinatorum utilia & quotidiana sunt in materia concursus; nam provisio parochialis facta ei, qui non fuit examinatus, & approbatus ab examinatoribus in Synodo deputatis, sed ab aliis, quos Episcopus eligit,

est nulla, & beneficium potest impetrari uti reservatum, ita per supradictam Pij V. Const. referunt decisum Nicol. Garcia *d.cap.2.n.341.* & Massobr. *in praxi requis. 3. dub. 5.*

48 Et pariter concursum vitiari si adhibeatur examinator non synodalis cum synodalibus, referunt decisum Nicol. Garc. *d.c.2.n.83.324.& 341.* Massobr. *in d. praxi, requis.13. dub.2.* Quidquid dicat Homobonus de Bonis *in examine Eccles. tract.2.cap.3.quæs.30.* Sicut etiam vitiatur si non jurarunt juxta formam Concil. *d.cap.18.* ibi, *jurentque omnes*, &c. prout Massobr. *in d. praxi, requis.14.dub.1.* ubi *dub.2.* cum Nicol. Garcia *d.cap.2.n.356.* dicit esse de forma ut præstetur hujusmodi juramentum tactis sacrosanctis Evangeliis, & *dub. 3.* cum eodem Garc. *n. 356.* asserit posse præstari extra Synodum in manibus Notarij, & *dub. 4.* tradit probari per attestationem Notarij, & litteras ipsorum examinatorum, de quibus Lotter. *d.lib.2.q.31.à n.92.*

49 Examinatores synodales durant donec alij in Synodo deputati fuerint; si verò anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat. Ita decisum referunt Nic. Galet. *in margarita casuum consc. verb. Examinatores 1.* Aloys. Ricc. *d.praxi fori Eccles. resolut.361. in 2.edit.* Nicol. Garc. *d.cap.2. in addit.n.75.* Massobr. *d. requis.12. dub.4.n.3.* ubi inquit locum non
50 habere, quando post annum supersint sex adhuc. † Episcopum non excusari si post annum adhib at examinatores superstites, non extantibus sex, etiamsi caperet prætextum quod ipse de novo esset adeptus possessionem Episcopatûs, cum annus celebrandi Synodum non incipiat currere à die captæ possessionis, sed à die Synodi ultimo loco celebratæ, tenent Garc *d.cap.2.n.92. & seq.* Massobr. *d.requis.12. dub.6.* & censuit Rot. *in Panorm. Archipresbyt. 5.Junij* 1620. coram *D.Buratto.* Necessariò hujusmodi Examinatores eligi debere, qui sint Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut Jure Canonico, si extent, alioquin alios clericos esse eligẽdos, qui ad id videbuntur magis idonei, refert novissimè sibi fuisse responsum *à S. Congr. Concilij*, Massobr. *in d.sua praxi, requis.11.dub.2.* & sentit Ugolin. *de offic. Episc.cap.50.§.5.n.1.vers. secundò.*

51 Quamvis Concil. Trid. *d. cap.18.* dicat qui descripti sunt, examinandos esse, quasi omnes descripti debeant examini subjici, vel saltem ad illud singulariter vocari, Seraph. *decis.1148.n.5.* Lotter. *d.lib.2.q.31.num.54. cum seqq.* non repugnat tamen, quin unus, si alij non adsint, se describi faciat ad concursum, & si idoneus inveniatur, beneficium ei sit conferendum. Ita censuit *Sacra Congregat.* teste Ugolin. *d.cap.50. §.10.n.4.* Nicol. Garc. *d. cap.2. num.215.* Massobr. *in d. praxi, requis.3.dub.7.& 8.* me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d.punct.2. §.1.n.8.* Utrùm autem Episcopus possit statuere, seu limitare certum numerum personarum ad concurrendum in concursu Parochialium. Vide Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 31. p.4.* Elapso termino edicti posse per Episcopum inchoari examen, sed non posse eadem die claudi, ubi plures fuerunt descripti, sed esse expectandos, vel vocandos, alioquin vitiari concursum, si ex pluribus descriptis unus, aut non omnes examinentur, & eis non expectatis claudatur concursus, censuit plures Rot. apud Nicol. Garc. *d. cap. 2. à n.33.* Seraphin. *decis. 1148. num.5.* refert Massobr. *d. requis.3. dub. 10.*

52 Caveant Examinatores hujusmodi, ne quicquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante, nec post accipiant, ut admonet Conc. *d.c.18.vers. Caveant*, quacunque etiam immemoriali consuetudine non obstante, ut censuit *Sacra Congreg.* alioquin vitium simoniæ tam ipsi, quàm alij dantes incurrent, citant, & explicant Zerol. *in praxi Episcop. d. verb. Parochia, §.2. dub. 11.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.2. cap. 3. num. 25.* Petrus de Ledesma *in sum. part. 2. tract.7. cap.1. concl.7. propè finem*, Ugolin. *de simon. tabul.4. cap.48. §. 3. & de potestate Episcopi, cap.50. §.5. num.2.* Farin. *cons.15. num.3. & 47.* Massobr. *in d. praxi, requis. 15.* Soar. *de relig. lib.4. de simonia, cap.49. num.2.* Nicol. Garc. *d. cap.2. à n.368.* Lotter. *d. lib.2. q.31. num.39.* Ita ut † nec etiam possit Ordi- 53
narius statuere aliquod stipendium, etiam minimum examinatoribus deputatis in Synodo pro concursu Parochialium, & si Synodus diœcesana secus statuerit, decretum esset irritum, & nullum refert decisum Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 374.* Sed in Ecclesiis Hispaniæ contrarium communi usu receptum esse testatur Petrus Ledesma *dict. conclus. 7. prope finem, vers. la difficuldad*, quem citat Garc. *d. cap. 2. numero 372.*

Ratio autem quare vitium Simoniæ tam ipsi Exa- 54
minatores, quàm alij dantes incurrant, à qua absolvi nequeunt, nisi dimissis beneficiis, &c. ea est, quia per approbationem factam in concursu acquiritur approbato jus ad beneficium, & sic pro illo jure spirituali datum videretur temporale Examinatoribus, Navar. *cons.58. vers. ad quartum, in antiquis*, aliàs *67. in novis, de simonia.* Et ex parte competitorum committi potest simonia, si duo concurrentes ad beneficium, alter ad impedimentum tollendum alij pretium det, ut à concursu desistat, & sic solus existens ipse obtineat, Maiol. *lib.5.de irreg.cap.45.n.3.* Prosper. de August. *in addit.ad Quarant. vers. simonia, add.3. pag.mihi 593.* Ugolin. *d.c.50.§.9.n.2.* † Committitur etiam simonia 55
si fieret pactio, quod alter alteri in concursu defectus, vel exceptiones non opponat, cum realiter possit objicere, sed se examini submitterent, & qui per Superiorem dignior judicaretur, beneficium haberet, & solveret alteri pensionem annuam cum beneplacito Sed. Apost. Navar. *cons.3.num.2.de simon.in antiq.* aliàs 39. 41. & 42. *in novis*, Prosper. de August. *ubi proximè*, Flamin. *de confident.benef.q.47.n.9.* Ugolin. *d.cap.50. §.8. in fin.* † Committitur denique simonia si quis per 56
virum potentem, cui pecuniam traderet, seu promitteret, metum aliis inferret, ut à concursu cessarent, Ugolin. *de simon.tab.1.c.48.§.3.sub n.5.& d.c.50.§.9.in fine.*

Examinatores ad Beneficia scientiam examinando- 57
rum juxta beneficiorum qualitatem debent attentè rimari, quæ ut pateat, advertendum Dignitates omnes, † & saltem dimidiam partem Canonicatuum in Cathe- 58
dralibus, & Collegiatis Ecclesiis insignibus, ubi id commodè fieri potest, non nisi Doctoribus, seu Licentiatis in Theologia, vel jure Canonico conferendas esse, ut habetur in Concil. Trident. *sess.24. de reform. cap.11.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 473. in 1.edit. & resol.497. in fine, in 2. edit.* me citato in hoc loco Cardin. Anton. Zapata *en el discurso de la obligacion en Conciencia y Justicia que los Prelados tienen de proveer las dignidades y beneficios, p.2. conc.6. n.11.* quod quidem Concilij decretum id hortatur, non autem præcipit; unde † in Synodo Provinciali non lice- 59
re imponere onus Dignitatibus, quod quis nisi graduatus non possit eas obtinere sine Sedis Apostolicæ 63
auctoritate, refert decisum Nicolaus Garcia *de benef. p.7. cap.7. n.45.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.138. num.3.* Castro Palao *d.tract.13.disp.4.punct.6.n.13.*

Archidiaconi, qui oculi dicuntur Episcopi, *cap. ad* 60
hæc, de officio Archidiac. (quasi ab eo in specula & statione positi, glos. *verb. oculi, in cap. Diaconi, 93. dist.* Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de benef. cum Dignitate, num. 15. in fine*, debent esse in omnibus Ecclesiis, ubi fieri potest, Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel Jure Canonico, ut habetur in Concil. Trident. *sess.24. de reform.cap.12. vers. Archidiaconi etiam*, referunt Nicol. Garcia *d. cap.7. num.36.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloss.4. n.68.* Campan. *in divers. juris Can. rub.7. cap 6. num.41.* Aloys. 64
Ricc. *in praxi aurea, resol.138.á n.2. & in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.305.num.11.part.5.* Galgan. 65
de

60 *de jure publico lib.* 3. *tit.* 21. *n.*1. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico tract.*1. *cap.*9. *q.* 55. Benn. *de privil. Iurisconf. part.*2. *privil.*28. *n.*2. Molfef. *in sum.tract.*6.*c.*7.*n.*61. Novar. *in sing. Canon. concl.*41. Sebast. Cæf. *in relect. de Eccles. Hier. disp.*12. §.1. *n.*9. Squillante *de privil. cleric. c.*4. *n.*109. Eum tamen locum amplissima *Congreg. DD. Cardinalium Concilii* interpretata est procedere in iis tantùm Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel jurisdictionem, prout habetur *in tit. de Archid.* non autem de iis, qui nomine dumtaxat sunt Archidiaconi, cujus declarationis idonei sunt nobis testes Anastaf. Germon. *in tr. de indultis Card.* §. *quibusvis, n.*4. Campan. *d.n.* 41. Piasec. *in praxi nova Episc. part.*2. *c.*5. *n.*20. Aloyf. Ricc. *dicta praxi dec.* 473. *in prima editione, & ref.* 497. *n.*3. *in secunda editione.* Massob. *in praxi habendi concursum, req.*10. *dub.*6. secundùm Rom impress. Squillante *d.*4. *n.*111. Novar. *d. concl.*41. *n.*2. Nicol. Garcia *d.c.*7. *n.* 41. & *n.*40. dicit *Sacram Congr.* respondisse hujusmodi Archidiaconos habentes jurisdictionem contentiosam debere esse Doctores & promotos in publico gymnasio, aliàs gradus ei non suffragare ex *Bulla* 63. Pii V. refert Massob. *d, dub.*6. *n.*6.

61 Decanus nullo Concil. Trid. decreto jubetur, ut necessariò sit Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico, ut respondit *Sacra Cong.* teste Zerol. *in praxi Episc. part.*1. *verb. Canonia*; §.2. *in fine.* Nicol. Garc. *dict. cap.*7. *n.*43. & Aloyf. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 238. *in fine, & in dec. Curiæ Archiepisc. Neapolit. dec.* 248. *n.*5. *part.*4. me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *dict. punct.*6. *n.*16. ideo loci consuetudinem in hoc esse servandam necessariò dicendum.

62 Scholastria conferenda est Doctori, vel Magistro, aut Licentiato in Theologia, aut in Iure Canonico, aliàs provisio est nulla, ex decreto Concil. Trident. *sess.*29. *de reform. c.*18. ibi, *De cætero verò officia, vel Dignitates illæ, quæ Scholastria dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra Pagina, aut in Iure Canonico, & aliis personis idoneis, & qui per seipsos id munus explere possint, conferantur, & aliter facta provisio nulla sit & invalida, non obstantibus quibusvis privilegiis, consuetudinibus etiam immemorialibus*, referunt Ben. *de privil. Iurisconf. privil.* 28. *n.*6. Molfef. *in sum. tr.*6. *c.*7. *n.*61. Squillante *d.c.*4. *n.*104. & 105. Circa quod *Sacra Congreg.* declaravit conferendam esse Scholastriam Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra Pagina, aut in Iure Canonico, in qualibet Universitate approbata, nec obstare quod non esset ex illis, quæ essent in illa regione, in qua esset Scholastria, refert Nic. Garc. *d.c.*7. *n.*35. me citato *in hoc loco*, Solorzan. *in tr. de Iure Indiarum tom.*2. *lib.*3. *c.*14. *n.*18. ubi subdit illud decretum Concil. Trid. non comprehendere Scholastrias existentes in loco, in quo erectum non est Seminarium, vel ubi in ejus institutione alii præceptores sunt designati, me citato Castro Palao. *d. punct.* 6. *n.*14.

63 Principalis Dignitas in Collegiata Ecclesia exempta, cui Ordinaria jurisdictio cum aliquibus juribus quasi Episcopalibus competit (prout est Prior insignis nostræ Collegiatæ Vimaranen.) conferri debet Doctori, vel Licentiato, ut principalis Dignitas in Cathedrali, non tamen necessariò, quia Concil. quando loquitur de Dignitatibus, *sess.*24. *de reformat. c.*12. hortatur, ut conferantur Doctoribus, & non præcipit. Ita refert decisum Nic. Garc. *d.c.*7. *n.*33. & Fr. Sigism.
64 à Bononia *de elect. dub.*63. *n.*1. *verf. quod autem.*† Et ad quamcumque principalem Dignitatem in Collegiata requiri ætatem vigintiquinque annorum inceptorum, cum regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, resolvunt Nico. Garc. *d.*4.
65 *n.*65. Filliuc. *d. tr.*41. *c.*5. *n.*3.

Ad memoratas Dignitates in Cathedralibus Episcopatu inferiores, quibus nulla inest animarum cura, ex consuetudine, statuto, vel privilegio adsciscì sine dubio possunt minores vigintiquinque annis, dummodo non minores viginti duobus, juxta decretum Conc. Trident. *sess.*24. *de reform. c.*13. ibi, *& viginti duobus annis non minores adsciscantur.* Novar. *in sing. Canon. concl.*15. Squillante *de privil. cleric. c.*4. *n.*74. in quibus Episcopus dispensare non potest, S. Congreg. Conc. *sub die* 20. *Septembris* 1631. Si verò curam animarum habeant, vigesimusquintus jam cœptus requiritur annus, *c. cùm in cunctis*, §. *inferiora, de elect.* confirmavitque Concil. *d.c.*12. ibi: *Nemo agitur deinceps ad Dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi qui saltem vigintiquinque ætatis suæ annum attigerit.* Novar. *d. loco, concl.*14. Squillante *d.c.*4. *n.*72. Lotter. *de re benef. lib.*2. *q.*49. *n.*23. & 24 *Sacra Congreg. Conc. sub die* 4. *Decembr.* 1627. novè Castro Palao *in opere moral. tom.*1. *tr.*13. *disp.*4. *puncto* 3. *n.*4. ubi intelligit non solùm in Dignitatibus sæcularibus, sed etiam in Regularibus. Id tamen intelligitur si principaliter cura subest; si verò accessoriè unita sit Dignitati, eam obtinens non debet necessariò attingere vigesimumquintum annum. Ita referunt decisum Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Parochus* 6. Campan. *d.c.*6. *n.*22. Massobr. *d. requis.* 10. *dub.*11. *n.*24. Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ statibus p.*1. *c.*9. *verf. secunda.*

Prædictos autem viginti duos annos, qui secundùm 66
Concil. *d.c.*12. requiruntur ad Dignitates in Cathedralibus, debere esse completos, referunt decisum Nicol. Garc. *d.c.*4. *n.*70. Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib.*1. *tit.*89. *l.*7. *n.*2. & post alios resolvunt Filliuc. *d. tr.*41. *c.*6. *n.*30. Mandos. *in tr. de ætate min. c.*5. *n.*12. Novar. *d. concl.*15. *n.*2. Squillante *d.c.*4. *n.*75. Vasq. *de benefic. c.*5. §.2. *dub.*2. *n.*18. & *dub.*4. *n.*24. Castr. Palao *dict. puncto* 3. *n.*10. Less. *de Iustit. lib.*2. *cap.*34. *n.*108. dicens illam formulam, *ut non sit minor viginti duobus annis*, insinuare annos 22. debere esse completos. Quamvis prædictum vigesimum secundum annum requiri inceptum, non autem completum, asserunt Emman. Sà *verb. beneficium*, *n.*31. Zerol. *in praxi Episc. part.*1. *verb. beneficia*, §.1. *versic. ad dignitates*, Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*6. *c.*5. *quæf.*3. *in fine*, quorum opinio in Rota recepta est, ut *in una Verdunen. Canonicatus* 23. *Februar.* 1581. coram *Illustrissimo Seraphino*, & est inter ejus impressas *decis.* 500. ubi fuit dictum ad obtinendum Canonicatum sufficere, quod provisus sit in vigesimoprimo ætatis anno, vigore Concil. Tridentini.

An prædicti viginti duo anni, qui requiruntur ad 67
Dignitates in Cathedralibus, requirantur etiam in Collegiatis? Quæstio est dubia, & eos requiri referunt decisum Nicol. Garc. *d. p.*7. *c.*4. *n.*59. & 62. *cum sequentibus*, Armendar. *d. n.*2. Filliuc. *d. c.*5. *n.*30. *verf. in quo*, me citato Castr. Palao *d. punct.*3. *n.*7. Sed melius dicendum puto Collegiatas Ecclesias non comprehendi sub decreto Concil *in d. c.*12. cùm tantùm loquatur in Cathedralibus, & ideo requisita ætatis ad illa remanere in dispositione Iuris communis dicunt Zerol. *in praxi Episc. p.*1. *verb. beneficia*, §.1. *verf. ad dignitates, & verb. Canonica*, §.9. Piasec. *in simili praxi p.*2. *c.*5. *n.*21. *pag.*330. Aloyf. Ricc. *in praxi fori Eccles. dec.* 735. *in prima edit. & resol.*512. *n.*3. *in fine, in secunda edit.* Fr. Emman. *qq. reg. tom.*1. *q.*11. *art.*2. *& in addit. ad Bullam Compositionis*, *n.*4. ubi ait Christophorum Vellam Archiepiscopum Burgensem contulisse dignitatem Scholastriæ Collegiatæ Ecclesiæ de Aguillar. de Campo cuidam scholari, qui non habebat majorem ætatem 17. annorum, & cum litigaretur super hoc, fuisse judicatum collationem esse Canonicam, & juridicam, me citato *in hoc loco*, Alzed. *dict. part.* 2. *c.*9. *num.*14.

Pœnitentiarius Canonicus Ecclesiæ Cathedralis de-
68 bet esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in Theo-
logia, vel jure Canonico, & annorum quadraginta, seu
aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur, ut habe-
tur in Concil. Trid. *sess.* 23. *de reform. c.* 4. de quo latè
diximus *alleg.* 55. & ibi citatis addo Castr. Palao *dict.*
punct. 3. *n.* 17.

Canonicatum aliquem Cathedralis Ecclesiæ impe-
69 trans majori præditus debet esse scientia, quàm is, qui
simplex, & residentia carens vellet consequi benefi-
cium, eumque solertius Examinatores debent interro-
gare, strictiorique examine cum eo uti, quia benefi-
cium simplex, perpetuam tamen requirens residen-
tiam, comparatur Curato, ex Lapi resolutione *all.* 116.
incip. *Hispanus, sub n.* 2. per doctrinam Innoc. & Ioan.
Calderin. *in c. clericos, de clericis non resident.* Homo-
bon. de bonis *de humanæ vitæ statibus, part.* 1. *cap.* 9.
vers. tertiò.

Dubium maximum est, quænam ætas post Concil.
70 Trident. requiratur ad Canonicatus in Cathedrali-
bus? Pro cujus decisione sic distinguendum est; vel
enim loquimur facta Ordinum distributione per Ca-
nonicatus, vel ubi nulla est. *Primo* casu certum est nul-
lum esse recipiendum, qui eo Ordine sacro non sit initi-
atus, quem requirit, aut in tali ætate, ut infra tempus
de Iure, vel eadem Sancta Synodo (hoc est, annum)
statutum initiari valeat, *c.* 12. *sess.* 24. *de reform.* ergo
dum ad Subdiaconatum promoveri quis potest in vi-
gesimo secundo, ad Diaconatum in 23. ad Presbytera-
tum in 25. eod. Conc. *c.* 12. *sess.* 13. *de reform.* inde fit
quod Canonicatum Subdiaconalem in 21. Diacona-
lem in 22. & Sacerdotalem in 24. anno obtinere vale-
bit. Unde censuit *Sacr. Congr.* ad obtinendum in Ca-
thedrali Canonicatum, cui est annexus Ordo Subdia-
conatûs, sufficere quem esse constitutum in tali ætate,
ut infra annum possit promoveri ad Subdiaconatum;
refert decisum Armendar. *in addit. ad recop. legum*
Navarræ lib. 1. *tit.* 10. *l.* 1. *de ætat. n.* 7. & docent Filliuc
tract. 41. *de benefic. cap.* 5. *n.* 28. Ugolin. *de officio Epis-*
cop. part. 1. *c.* 10. *n.* 1. Sanchez *in opuscul. moralib. lib.* 7.
cap. 1. *dub.* 48. *num.* 7. Paul. Layman. *in Theolog. moral.*
lib. 4. *tract.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. *vers. porrò.* Squillante *de*
privileg. cleric. c. 4. *num.* 65. Stephan. Gratian. *discept.*
forens. cap. 591. *num.* 5. *cum sequent.* ubi *n.* 9. subdit
sufficere annos illos ingressos, non verò requiri com-
pletos, novè Stephan. Vveyms *ad Constitut.* 24. *desump-*
tas ex Iure antiquo, & innovatas per Concil. Trident.
constitut. 3. *num.* 23. *pag.* 34. *Secundo* verò casu, ubi
scilicet nulla adest facta Ordinum distributio, & Ca-
nonicatus nullum habent sibi annexum Sacrum Or-
nem, de Iure communi minores 14. annorum illos
habere possunt, *gloss. pen. in c. si eo tempore, de rescript.*
lib. 6. Abb. *in cap. indecorum, n.* 3. *de ætate, & qual.*
Rot. *antiq. decis.* 1. *de ætate*, Bellam. *decis.* 753. Camill.
Borell. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 29. *in* 13. Steph. Gratian.
d. cap. 591. *n.* 4. Aloys. Ricc. *in collect.* 2451. *vers. sep-*
timò adverte. Thom. Valasc. *tom.* 1. *allegat.* 7. *n.* 6. & in
hoc non reperio quod aliquid innovasset Concil.
Trident.

Attamen vigesimum secundum annum requiri ad
Canonicatus in Cathedralibus videntur insinuare
plures Sacræ Congregat. declarationes. Prima cen-
suit obtinentem Canonicatum in Cathedrali Ecclesia
etiam ante factam Ordinum distributionem, in ea
saltem ætate oportere esse constitutum, ut intra annum
ad Subdiaconatum possit promoveri, refert Armendar.
dict. l. 1. *de ætate, num.* 6 Secunda, *si neque ante Concil-*
lium, neque post Concilium Trident. nullus Ordo, sive
Diaconalis, sive Presbyteralis Canonicatui annexus
fuerit, & Parochialis Ecclesia legitimè, & perpetuò
eidem Canonicatui unita, tanquam Parochiali accesso-
rium, attendenda est natura Canonicatus, non au-
tem Parochialis, & ita sufficit, ut is, cui collatio fa-
cta est, sit in ætate viginti duorum annorum, quæ in
Canonicatus collatione requiritur: referunt Ana-
stas. Germon. *de indultis Cardinal.* §. *quibusvis, nu-*
mero 6. Campanil. *dict. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 26. Ter-
tia, *si aliqua Parochialis Ecclesia esset unita alicui*
Canonicatui Ecclesiæ Cathedralis accessoriè suffi-
ciunt viginti duo anni, de qua Gonzales *ad regul.* 8.
Cancel. gloss. 9. *num.* 4. & fuisse in Rota decisum refert
Seraphin. *denis.* 1138. Quæ quidem declarationes
præsupponunt ætatem saltem 12. annorum necessa-
riam esse in Canonicatu carente Ordine Sacro anne-
xo, nisi eas intelligamus ubi Canonicatus solent esse
Sacris Ordinibus annexi ante factam illorum distri-
butionem.

Ad Canonicatus Collegiatarum Ecclesiarum ætas
annorum 14. sufficiebat, ex dispositione Iuris *in*
cap. super inordinato, juncta gloss. verb. pueri, de præ-
bend. Rebuff. *de dispensatione ætatis, n.* 2. Moneta *de*
distribution quotidian. part. 2. *quæst.* 19. *num.* 24. Homo-
bon. *dict. c.* 9. *vers. unde*, Squillante *dict. cap.* 4. *numero*
64 Franc. Leo *dict. p.* 2. *cap.* 18. *num.* 20. *in fine*, Zerol.
in praxi Episcop. part. 1. *verb. Canonia*, § 9. Gonza-
lez *gloss.* 5. *in princip. num.* 6. Stephan. Gratian. *dict.*
cap. 591. *n.* 12. Marchin. *de Sacram. Ordin. parte* 5.
tract. 1. *cap.* 2. *num.* 19 me citato *in hoc loco*, Castro
Palao *dict. puncto* 3. *num.* 18. & in ea nihil innovasse
Concilium Tridentinum, censuit Sacra Congregat.
prout nobis sunt idonei testes Galet. *in marga ita ca-*
suum Conscient. verb. Canonicus 3. *pag.* 29. Gonzal. *ad*
regul 8 *Cancel. gloss.* 5. *num.* 29. Piasec. *in praxi nova*
Episc. dict. cap. 5. *num.* 21. *pag* 350. Aloys. Ric. *in di-*
cto praxi fori Ecclesiast. decis. 735. *in* 1. *edit. & re-*
sol. 522. *num.* 3. *in fine, in* 2. *edit. Armandar. dict. l.* 1. *de*
ætate, num. 8. Intellige si hujusmodi Canonicatus
Ecclesiarum Collegiatarum ex statuto, vel consuetu-
dine nullum requirant Sacrum Ordinem, aliàs enim
deberent de illis providendi esse constituti in illis Sa-
cris Ordinibus, quos requirunt ipsi Canonicatus, vel
in ea ætate, quod infra annum à Iure statutum possint
ad illos promoveri. Ita Aloys. Ricc. *in praxi aurea, re-*
sol. 239. *numer* 3. Franc. Leo *dict. part.* 2. *cap.* 18. *nu-*
mer. 22. Stephannus Vveyms *ad dict. constitut.* 3. *n.* 23.
Et non requiritur ultra 14. annos, etiamsi aliquæ Pa-
rochiales Ecclesiæ essent unitæ aliquibus eorum, quia
censuit *Sacra Congreg.* attendendam esse naturam Ca-
nonicatus, & non Parochialis, & sufficere quod pro-
visus sit in ea ætate, quam exigit Canonicatus, si
Parochialis unita sit perpetuò, & accessoriè Canonica-
tui, secus si æquè principaliter, quia tunc non assumit
naturam Canonicatûs. Ita decisum referunt Henriq.
cons. 32. *num.* 4. *& sequent.* Piasec. *in praxi nova Episcop. dict. c.* 5. *n.* 21. *pag.* 330. Galet. *verb. Canonicatus*, 5.
& verb. Parochus. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast.*
decis. 735. *in* 1. *edit. & resol.* 512. *in* 2. *edit. & in pra-*
xi aurea resolut. 239. Si verò aliquis ex Canonicis
exerceat animarum curam annexam ejus Canonica-
tui, debet esse vigintiquinque annorum; nam actu
curam exercet, tametsi habitu penes totum Colle-
gium illa resideat: ita resolvit Campan. *dict. cap.* 6.
num. 30.

Simplex beneficium consequi volenti satis est si
Canonicas horas recitare sciat, Flamin. *de resignat.*
lib. 4. *quæst.* 11. *n.* 30. Campanil. *in diversorio juris*
Canon. rub. 5. *c.* 3. *num.* 2. & habeat scientiam per
Concil. Trident. necessariam ad primam Tonsuram,
de qua *Allegat.* 11. *num.* 4. *&* 5. ulterius, quod sciat
construere, per gloss. *verb. reputamus in Clem.* 1. *de*
concess. præbend. Aloysius Riccius *in praxi fori Eccle-*
siast. decis. 390. *in* 1. *edit. & resol.* 329 *num.* 6. *in* 2. *edit.*
Piasec. *in praxi nova Episcop. part.* 2. *c.* 1. *numero.* 40.
Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 4. *sub numero* 37.
Campan. *dict. numero* 2. Et licèt † de Iure communi
ad beneficia simplicia obtinenda justa ætas illa
censere

censeretur, quæ septennium excessit *gloss. pen. in c. si eo tempore, de rescript. in 6.* Hodie attenta dispositione Concilii Tridentini *sess. 23. de reformat. cap. 6.* nullus ante decimumquartum annum beneficium potest obtinere: referunt Petr. Pech. *in reg. beneficium, num. 27. versic. caterùm quid in istis, lib. 6.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 26. num. 33.* Hentiq. *in sum. libr. 10. cap. 19. n. 1.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 5. q. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 166. in fine,* Gregor. Lop. *lib. 3. verb. quatorze años tit. 1. part. 16.* Petr. Ledesm. *in sum. part. 1. de Sacram. Ordinis, cap. 7. vers. de la prima, & p. 2 tract. 7. cap. 1. conclus. 7. propè finem,* Cevall. *commun. contra commun. quæst. 523. n. 3.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 860. & in praxi fori Ecclesiast. dec. 392. & decis. 305. in prima edit.* aliàs *resolut. 331. & resolut. 325. num. 3. in secunda edit. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 281. num. 2. part. 4.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico part. 1. tract. 1. cap. 10. quæst. 6. vers. quinimò.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ lib. 1. tit. 20. l. 1. de ætate, num. 5.* Molfet. *in sum. Theologiæ moralis, tractat. 6. cap. 7. num. 44.* Vivian. *in praxi jurispatron. part. 2. lib. 6. cap. 7. num. 2.* Less. *de Iustit. lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 509.* Nicol. Garc. *de benef. part. 7. cap. 4. num. 8.* Campan. *dict. rub. 7. cap. 6. num. 2.* Flamin. *de resignat. lib. 3. quæst. 7. num. 65. & lib. 4. quæst. 1. num. 7. & quæst. 11. num. 13.*

74 † Ex dispensatione tamen Summi Pontificis beneficium simplex infanti potest conferri, Flamin. *dict. quæst. 7. n. 66.* Azor. *d. c. 5. quæst. 8. versic. sed quærat aliquis,* Thom. Valasc. *allegat. juris tom. 1. alleg. 7. n. 10.*

75 † Episcopus verò non potest indulgere cuiquam, ut ante decimumquartum annum incœptum beneficium simplex obtineat, Azor. *d. cap. 5. quæs. 9. vers. si quæras,* Less. *d. lib. 2. cap. 34. num. 108.* Nicolaus Garcia *d. part. 7. cap. 4. num. 57.* me citaro *in hoc loco,* Castr. Palao *d. puncto 3. num. 20. vers. deinde.* Aloys. Ricc. *dict. resolut. 331. num. 2.* ubi in fine resolvit Episcopum conferentem beneficium minori quatuordecim annorum, peccare mortaliter, & collationem esse nullam, & *num. 3. versic. habetur,* dicit *Sacram Congreg.* censuisse 14. *Augusti* 1586. quod provisio in decimotertio ætatis anno de Canonicatu in Ecclesia Collegiata, ubi vigore statuti Ecclesiæ provisi ante realem possessionem & fructuum perceptionem tenentur expectare per biennium, obstat decretum Concilii *dict. cap. 6.*

76 Advertendum maximè est non oportere esse expletum quartumdecimum annum ad obtinendum simplex beneficium post Concil. sed cœptum sufficere. Ita decisum referunt Henriq. *dicto cap. 19. §. 2.* Galet. *verb. beneficium 4.* Armendar. *dict. lib. 2. de ætatibus, num. 5.* Cevall. *quæst. 523. num. 4. & quæst. 593. num. 18.* Aloys. Ricc. *dict. collect. 860. vers. limita secundò, & resolut. 325. num. 3. vers. nihilominus,* Azor. *dict. cap. 5. quæs. 7. in fine,* Cardinal. Tusch. *tom. 3. littera E, conclus. 358. num. 12.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glos. 5. in princ. num. 90.* Thom. Valasc. *tom. 1. allegat. 8.* Campan. *dict. cap. 6. num. 2. in fine,* novissimè Alphons. de Leone *de officio Capellani, quæst. 4.*

77 *praxi 6. num. 33. cum sequentibus.* † Si verò in fundatione sit statutum, ut illud etiam minor quatuordecim annorum adipisci valeat, standum est fundationi, cui non fuit derogatum per jam dictam Concilii decretum: Ita referunt decisum Gonzalez *d. glos. 5. n. 91.* Aloys. Ricc. *d. collect. 860. vers. nunc limita, & primò.* Massobr. *in sua praxi habendi concursum, req. 7. dub. 12. & req. 20. dub. 11. num. 30.* & alii per me citati infrà *allegat. 72. num. 72. in fine,* & per Alphons. de Leone *dict. quæst. 4. praxi 6. num. 36.* ubi *n. 38. vers. suprà positam,* ampliat eandem doctrinam, quod fundator in limine fundationis possit disponere, quod minor quatuordecim annorum admittatur ab beneficiũ, ut procedat, etiamsi illi imponat onus celebrationis Missarum, & *in vers. amplia,* subdit posse fundatorem statuere, ut Cappellania possit conferri pueris minoribus septennio, & sic laicis, qui teneantur per alios Missas celebrari facere; Rota *in Granaten. Capellaniæ, 12. Ianvarii* 1607. coram *Reverendissimo D. Lugdunensi,* apud Farinac. *tom. 1. part. 2. decis. 194.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 32. n. 35.* Ferentil. *ad dec. Buratti 755. n. 15.* Ciarlin. *controv. forens. lib. 1. c. 53. n. 52.* Campan. *d. c. 6. n. 2. in fine,* ubi *n. 3.* dicit se scivisse declaratum esse non censeri invalidam præsentationem factam de persona nondum attingente quartumdecimum annum (licèt in eo beneficio minor ætas non concedatur ex fundatione) sufficit enim, quod ante institutionem pertingat eam ætatem, probatque Lambert. *de jurepatr. p. alt. lib. 2. q. 2. art. 3.* eam tamen restrinxit Rota coram Orano 19. *Novembris* 1584. non subsistere si fuit præsentandus proximè clericandus; nam penitùs indignus tunc non erit, & sufficiet si ante institutionem fuerit tonsuratus, me citato *in hoc loco,* novissimè Alphons. de Leone *d. q. 4. praxi 6. n. 39.* ubi *n. 40.* resolvit contra Ricc. & Squillant. valere præsentationem ad beneficium de minore quatuordecim annorum factam cum conditione si impetraverit à Papa dispensationem, si verificetur conditio infra tempus datum ad præsentandum de Iure.

Poterit igitur præsentari & institui minor 14. annorum, non obstante dispositione Concilii *dict. loco,* si fundator tacitè id voluisset, mandato præsentari clericum in minoribus constitutum, Rot. *decis. 482. ad fin. part. 1. divers.* Garcia *de benefic. part. 7. cap. 4. n. 9. & 10.* Aloys. Ricc. *collect. 169. vers. nunc limita, & primò.* Vel si mandavit præsentari clericum primæ Tonsuræ, Rot. *in Metropolitana beneficii, 6. Iunii* 1622. coram *R. P. D. Merlino,* quia de Iure septimum ætatis annum agens tonsurari potest, *c. nullus,* & *ibi* gloss. *verb. infanti, de tempor. ordin. in 6.* Quod Ego intelligo verum, quando fundatio est ante Concilium Trident. de quo tempore secundùm Iuris communis dispositionem etiam clericus primæ Tonsuræ, & in septimo anno constitutus erat capax simplicis beneficii, *cap. si eo tempore, de rescriptis* Garc. *d. c. 4. n. 4. cum sequent.* Rot. *d. decis. 194. n. 2. part. 2. recent.* At ubi fundatio esset post Concilium, & in ea non reperiretur expressè cautum, quod puer, aut minor 14. annis præsentari possit, sed tantum quod præsentetur clericus primæ Tonsuræ, vel in minoribus constitutus, intelligitur, dummodo præsentandus haberet ætatem 14. annorum requisitam à Concilio. Ita Rot. *in dict. Metropolitana beneficii, & in Corduben. Capellaniæ 5. Decembris* 1629. coram *Reverendissimo D. Duran.* in impress. *dec. 228. n. 8.* Hac de re extat specialis *declaratio Eminentissim. Cardinalium Sacri Concil. Trident. interpretum,* quam refert Ciarlin. *dict. lib. 1. cap. 53. num. 51.* in hæc verba: *Illustrissim. & Reverendissim. Dom. Thomas de Spinellis, alias l'Aiata, diœcesis Regien. fundavit simplex beneficium jurispatronatus descendentium Balthasaris, & fratrum de Spinellis testatoris agnatorum, cum declaratione quod dictus Rector, sive Rectores dicti beneficii, ut supra eligendi, esse debeant Sacerdotes. Missam celebrantes, honestæ vitæ, bonorum morum; his tamen demptis, qui forent, aut essent de stirpe, & progenie prædictorum de Spinellis, quos eligi posse voluit in Rectores dicti beneficii, etiamsi non essent nisi in minoribus, & puri clerici, & prohibuit alios extraneos eligi, donec sint, qui eligi possint de stirpe prædicta. Quæritur an patronus dicti beneficii possit præsentare filium suum clericum ætatis annorum decem circiter, non obstante Concilio Tridentino c. 6. sess. 23. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridẽtini interpretum censuit ex lege fundationis hujusmodi, quam non sustulit ipsius Concilii decretum c. 6. sess. 23. ad beneficium prædictum præsẽtari posse patroni filium, qui clericus in aliquo sa-*

tem ex minoribus Ordinibus conſtitutus, & alioquin idoneus reperiatur, etiamſi decimum ſua ætatis annum non exceſſerit.

78 Annotandum pro intelligenda Concil. *d.cap.6.* prohibitionem de obtinendo beneficio ante illam ætatem 24. annorum ſubſiſtere, nedum ſi per vim collationis daretur, verùm etiam præſentationis, electionis aut alterius cujuſcumque proviſionis, ſtante generica Concilii prohibitione, & ob verbum in eo poſitum, *obtinere*, quod generale eſt. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.4.c.9.* Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. part.4. deciſ.*343. Squillante *de privileg. cleric. cap.4. n.* 62. Vivian. *in praxi juriſpatron. lib.7.cap.6.n.7.* me citato *in hoc loco*, Alphonſ. de Leone *d.q.4.praxi 6. n.37.propè fin.* Garc. *dict.part.7. cap.4. num.*85. Vaſq. *in opuſc. de benef. cap.3.§.2. dub. 3. in fine, num.*23. me citato *in hoc loco*, Caſtr. Palao *dict. punct.3. n.* 20. ubi ſubdit quod non ſolùm tempore impetrationis, ſed etiam tempore oppoſitionis, ſeu eo tempore, quo te legitimè opponere potes, eam ætatem habere debes, Mandoſ. *in tract. de minori ætate c.4.n.17.* quem citat Campan. *dict.cap.6.n.6.* ubi *n.5.* aſſerit ad penſionem extendi placuiſſe Sacræ Cõgregat. & repetit *rubric.11.cap.14.n.16.verſic. de legitima*, & me citato *hoc loco*, Caſtr. Palao *in opere mor.*
79 *tom.2.tr.13.diſp.1.punct.* 11.*n.*4. quamvis † ætatem ſeptem annorum ad illam ſufficere aſſerant Aloyſ. Ricc. *in dict. praxi, deciſ.*430. *in 1. edit. & reſolut.*367. *in 2. edit.* & Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3.*
80 *c.*397.*n.*17.

Ad Curata verò majorem quandam flagitant Iura peritiam, quandoquidem animarum cura ars artium eſt, *cap. cùm ſit, de ætate, & qualit.* Gonzal. *ad leg.* 8. *Cancell. gloſſ.4.à n.*71. atque ideò onus vix Angelicis humeris ſuſtinendum, ut eam depoſcant ſcientiam, quæ ad finem, moreſque pertineat, & ſalutarem doctrinam tradendam ſatis ſit: vel ſufficit tanta, qua plebem ſibi commiſſam paſcere valeant ſalutaribus verbis, atque exemplis, quod omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, eos admonendo brevibus quidem, & dilucidis verbis de vitiis, quæ declinare, vitaréque, ac virtutibus, quas ſectari eos oporteret, ut æternam evadant pœnam, atque celeſtem gloriam adipiſcantur, quæ clarius explicat Sot. *in 4. ſentent. diſt.25. artic.4. concl.3. 3. v. & per hoc*, ſequentibus verbis. *Qui verò Parochiæ in paſtorem præficitur, ut idoneus habeatur, ea ſcire debet, quæ plebi ſunt cognitu neceſſaria, nempe illa, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, ut videlicet docere ſuos ſubditos ſciat Fidei articulos, & Decalogum, atque ordinaria peccata, quæ ei per Confeſſionem deteguntur, utque pœnitentibus ſalutaria conſilia præſtare valeat, præſertim verò cum D. Thom. in 4. ſent. diſt.17. n.2. ſcripto, credo tantam debere eſſe in eo ſcientiam, qua diſtinguere noſcat peccatum, & non peccatum, atque inter mortale, & veniale, quinimò & ſacris litteris præditus eſſe debet, cum ejus ſit peculiare munus prædicare, juxta Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. c.4* &c.

81 Curata beneficia qui vult obtinere, debet eſſe conſtiturus in ætate 25. annorum incœptorum, ut probat text. *in c. cùm in cunctis, § inferior. de elect.* Menoch. *remed.15. recuper. n.*442. Rebuff. *in tract. de pacificis poſſeſſ. num.*182. Henriq. *lib.10. cap.19.§.3.* Flamin. *de reſignat. lib.4. quæſt.9. num.*14. *cum ſeqq. & quæſt.11. n.*14. Cened. *part.3. collect.30. num.1.* Ugolin. *d.c.50. §.8. num.3.* Campan. *dict. rubr.7. cap.6. num.29.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 30. tract.4. n.*164. *verſ. adverte* plures alios refert Nicol. Garcia *dict. cap.4. num.* 41. Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. beneficia, verſ. ad dignitates, pag.*38. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.* 281. *n.1. & dec.*349. *part.4.* Salon. *2.2. quæſt.63. art.2. controv.1. concl.2.* Leſſ. *de juſtit. lib.2. c.34. num.* 107. Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.6. cap.5. quæſ.1.* Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.2. quæſt.3. art.1. concl.1.* Filliuc. *tom.3. tract.41. cap.5. num.24.* Homobon. *de humanæ vitæ ſtatibus, p.1. c.22.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, req.10. dub.11. n.27.* juxta Rom. impreſ. Vaſq. *de benef. c.3.§.2. dub.2. in fine*, me citato *in hoc loco*, Caſtr. Palao *d. punct.3. n.12.* Et † ſufficit ad vali- 82
ditatem collationis cujuſcumque beneficii Curati, quod proviſus ſit prima Tonſura initiatus, & ætatem habeat, ut intra annum ad Sacerdotium promoveatur ut per *c. licèt canon, & c. commiſſa, de elect. lib.* 6 cum ſimilibus reſolvunt Rebuff. *in praxi, tit. requiſita ad collat. n.*24. Roch. *de jurepatron. verbo honorificum, n.*24. Gutier. *canon. lib.2. c.15. n.*33. Petr. Gregor. *rei benef. c.15. n.*8. Nicol. Garc. *de benef. p.3. c.4. à n.2.*
& ideò † beneficium Curatum obligat ad promotio- 83
nem Sacerdotii ſpatio unius anni, Zerol. *in praxi Epiſcop. d. verb. beneficia, verſic. dico quartò principaliter, pag.*44. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.4. princip.65.* Azor *inſtit. moral. part.2. lib.6. c.8. q.2.* Cened. *dict. collect. 30. n.1.* Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p.5. collect.* 1988. in tantum quod ſi quis obtinens Parochialem non promoveretur intra illud tempus ad Sacerdotium, Parochia vacat ipſo jure, ut probat *d.c. licèt canon*, & reſolvunt Gonzalez *ad reg* 8. *Cancell. gloſſ.15. n.*47. latè noviſſimè Alphonſ. de Leone *d.q. quæſt.4. praxi 6. n.*71.
cum ſequentibus, qui † text. procedit, & intelligitur 84
quando ſcilicet canonicè Parochus poſſedit beneficium ultra annum, & non ſe promoverit in futurum, ſecus verò ſi non canonicè, quia tunc non vacat, Maſcard. *de probat. concl.*885. *n.*16. Sic etiam illius pœna non habet locum in Rectore, qui intra annum à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ, vel intra tempus legitimè ei prorogatum comparuit, & ſe promoveri petiis, offerens quantum in ſe erat, ſe paratum ſuſcipere Sacerdotium, vel Ordines, & noluit eum Ordinarius propter illiteraturam, vel aliam cauſam promovere, refert in *Sacra Congreg.* deciſum Nicol. Garc. *d.c.4. num.*7. Debet tamen Parochus, & tenetur ſub peccato mortaliter habere propoſitum Ordines ſacros ſuſcipiendi, ut probat text. *in §. commiſſa, §. cæterum, de elect. in 6.* Iacob. de Graffis *in dec. aureis lib.2. c.39. n.*13. Cardinal. Anton. Zapata *en el diſcurſo de la obligacion en Conciencia y Iuſticia que los Prelados tienen de proveer los dignidades y beneficios Eccleſiaſticos, &c. p.1. concl.1. à princ.*

Præſentatus, ſeu electus ad beneficium poteſt ab- 85
ſens inſtitui ab Epiſcopo, ſi ei notum ſit eſſe idoneum notoriè, veluti quia Doctor eſt in aliqua Vniverſitate ſtudii generalis graduatus, hic enim examine non indiget, ex doctrina gloſ. *verb. ignota, in cap. de Petro, diſtinct.*47. juncto Concil. Trident. *ſeſſ. de refor. c.13. in fine*, reſolvunt Cened. *ad Decretum coll.15. n.*3. Henriq. *in ſum. lib.10. c.18. in princ.* Sà *in aphoriſm. verb. examen.* Quare ſic notum Epiſcopo poſſe eo abſentem inſtitui, & præſentationem, ac inſtitutionem validam eſſe, licèt inſtitutus abſens ſit, notat Innoc. per text. ibi *in cap. Lateran.* in ultimis verbis, *de præbend.* Abb. *conſ.76. num.2. part.2.* Nicolaus Garcia *part.4. cap.1. à num.*13. ubi *à num.* 23. refert declarationem Illuſtriſſ. Cardinalium ſecundùm quos intelliges ſupradicta de perſona notoriè digna, & Epiſ- 86
copo nota: & limitabis, quod † non procedat in præſentato ad Parochialem, in hac enim examen præciſè neceſſarium eſt, nec omitti poteſt ex eo, quod proviſus notoriè dignus ſit: Doctor enim, aut Licentiatus in Theologia, vel jure Canonico, & in publica Vniverſitate graduatus non excuſatur ab examine, quando petit provideri de aliqua Eccleſia Parochiali. Ita deciſum per ſacram Congregat. referunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ.4. n.*90. Nic. Garcia *part.9. c.2. n.*103. Piaſec. *in praxi nova Epiſc. p.2. c.5. n.*17. *verſ. Doctor.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.*351. *n.*2. Proſper. de Auguſt. *in addit. ad Quarant. verb. benef. Paroch. collatio, quæſt.*

Zerola